Apocynum humile, aizoides, ſiliquis erectis, africanum. *Herm. lugdb.* 52. *t.* 53. *Stiſſ. bot.* 32.
Fritilaria craſſa capitis bonæ ſpei. *Stapel. theophr.* 335.
Habitat ad *Caput bonæ ſpei*.
Hoſpitatur in *Caldario*, vix florens, ſempervirens, ſucculenta.

ASCLEPIAS.

1. ASCLEPIAS caule ſubvolubili herbaceo, foliis ovato-lanceolatis, floribus conſertis patentiſſimis. *Roy. lugdb.* 410.
Aſclepias nigro flore. *Bauh. pin.* 303.
Habitat *Monſpelii* in collibus.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. *Planta noſtra non ſcandit, & excepto colore corollæ & foliis craſſioribus Aſclepiadi Fl. Svec. 200. ſimillima eſt.*

2. ASCLEPIAS caule erecto ſimplici herbaceo, foliis ovali-

ovalibus ſubtus tomentoſis, umbellis nutantibus. *Hort. cliff.* 78. *Virid. cliff.* 20.

Apocynum majus ſyriacum rectum. *Corn. canad.* 90.

Apocynum erectum latifolium incanum ſyriacum, floribus parvis obſolete purpuraſcentibus. *Herm. par.* 31.

Beid-el-oſſar. *Veſl. ægypt* 28.

Habitat in *Syria*, & ad *Jordanum* prope *Hiericho Palæſtinæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, rarius *ſub dio*, perennis, florens.

Obſ. *Pedunculi in Apocynis exeunt ad latera caulis inter folia oppoſita non vero ex alis foliorum, ut in reliquis plantis; hi dein alternatim prodeunt* ad latera caulis. Muſcæ *haurientes mel ſæpe pedibus alligantur tanquam viſco, nec pedem extrahere valent.*

3. ASCLEPIAS caule erecto fruticoſo, foliis lancelatis, umbellis nutantibus, conceptaculis inflatis piloſis. *Hort. cliff.* 78.

Apocynum erectum africanum, villoſo fructu, ſalicis folio. *Herm. parad.* 23. 24. *t.* 24.

Apocynum rectum elatius, ſalicis anguſto folio, immaculatis floſculis in umbellam, folliculis piloſis. *Pluk. alm.* 36. *t.* 138. *f.* 2.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei*.
Hoſpitatur in *Caldario*, frutex, fructificans, ſempervirens.

Obſ. *Flores ſtillant nectar, quotidie in Caldario clauſo, ut ſub ſingulo nectarii cornu gutta globoſa liquoris hæreat.*

CYNANCHUM.

1. CYNANCHUM caule volubili, foliis cordato-lanceolatis glabris *Hort. cliff.* 79.

Periploca prior. *Dod. pempt.* 408.

Apocynum 3. latifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 125.

Scammoniæ monſpeliacæ adfinis, foliis acutioribus. *Bauh pin.* 294.

Habitat in *Sicilia*, *Hiſpania*, *Aſtracan*.
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

HERNIARIA.

1. HERNIARIA ſquammis nitidis flores ſuperantibus. *Hort. cliff.* 41.

Paronychia hiſpanica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p* 183. *Tournef. inſt.* 507.

Poly-

Polygonum minus candicans. *Bauh. pin.* 281.
Habitat in *Hiſpania* & *Gallia-Narbonenſi.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis, ♃.

* HERNIARIA calycibus bractea nudis. *Fl. Svec.* 207. *Hort. cliff.* 111.

β. Herniaria hirſuta. *Bauh. hiſt.* 3. 379.
Habitat in arenoſis *Brabantiæ*, *Galliæ Narbonenſis*, *Germaniæ*, *Italiæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, ♃.

CHENOPODIUM.

1. CHENOPODIUM fruticans, foliis linearibus teretibus carnoſis. *Hort. cliff.* 86.
Chenopodium ſedi folio minimo, fruteſcens perenne. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 91.
Habitat - - -
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

2. CHENOPODIUM foliis lineari-lanceolatis planis integerrimis. *Hort. cliff.* 86.
Linaria ſcoparia. *Bauh. pin.* 212.
Oſyris. *Dod. pempt.* 101.
Belvedere. *Cæſalp. ſyſt* 159.
Herba ſtudioſorum. *Tabern. hiſt.* 2. *p.* 102.
Habitat in *Japonia*, *Græcia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. *Flores femineos vidi, non dum vero ſtamina, quæ alii inquirant.*

3. CHENOPODIUM foliis filiformibus acutiuſculis, caule recto.
Chenopodium altiſſimum, foliis ſucculentis. *Buxb. cent.* 1. *p.* 21. *t.* 31. *f.* 2.
Habitat ad *Aſtracan.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. CHENOPODIUM foliis linearibus planis obtuſis, caule ramoſo, ramis deflexis.
Chenopodium marittimum, foliis ſedi teretibus. *Buxb. cent.* 1. *p.* 21. *t.* 31. *f.* 1.
Habitat ad *Aſtracan.*
H. ſpitatur *ſub dio*, annua.

5. CHENOPODIUM foliis oblongis dentato-ſinuatis, racemis nudis multifidis. *Hort. cliff.* 84.
Botrys ambroſioides vulgaris. *Bauh. pin.* 138.

Botrys. *Dod. pempt.* 34.
Pharm. Botrios Herba, Semina.
Habitat in arenoſis *Galliæ Narbonenſis*, *Hetruriæ*, *Calabriæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

6. CHENOPODIUM foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 85.
Botrys ambroſioides mexicana. *Bauh. pin.* 138. & 516.
Atriplex odorata ſvaveolens americana mexicanave. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 605. *ſ.* 5. *t.* 35. *f.* 8.
Epazotl. *Hernand. mex.* 158.
Habitat in *Mexico*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

BETA.

1. BETA. *Cæſalp. ſyſt.* 159. *Hort. cliff.* 83.
α. Beta rubra. *Cam. epit.* 256.
Beta rubra, radice rapæ. *Bauh. pin.* 118.
Rapum rubrum. *Fuchſ. hiſt.* 213.
Pharm. Betæ rubræ Herba.
Svecis Rődbeta.
β. Beta alba vel palleſcens, quæ Cicla officinis. *Bauh. pin.* 118.
Beta candida. *Dod. pempt.* 620.
Pharm. Betæ albæ Herba, Succus.
Suecis Mangolt.
Habitat in maritimis ſalſis *Britanniæ*, *Belgii*.
Hoſpitatur in *Hortis* oleraceis, prior vulgatior, biennis.

SALSOLA.

1. SALSOLA foliis conico-ſubulatis mucronatis, calycibus corolliformibus obtuſis coloratis crenatis.
Kali humile, alis purpureis florem roſaceam mentientibus. *Buxb. cent.* 1. *p.* 9. *t.* 14. *f.* 1.
Habitat in *Oriente*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, †.

2. SALSOLA foliis filiformibus inermibus mucronatis, caule ramoſiſſimo.
Habitat in *Aſtracan*.
Hoſpitatur *ſub dio*, vix florens, annua, †.
Obſ. *Planta juniperum magnitudine referens, brevi luxurians, ramis ramoſiſſimis.*

GOM-

GOMPHRENA.

1. GOMPHRENA caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, capitulis ſolitariis, pedunculis diphyllis. *Hort. cliff.* 86. *Fl. zeyl.* 115.

Amaranthoides indicum, foliis ocymaſtri, capitulis purpureis. *Herm. parad.* 14.

Amarantho affinis indiæ orientalis, floribus conglomeratis, ocymaſtri folio. *Breyn. cent.* 109. *t.* 51. *Comm. hort.* 1. *p.* 85. *t.* 45.

Habitat in *utraque India.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

PHYLLIS.

1. PHYLLIS. *Hort. cliff.* 87.

Bupleuroides, quæ arbor umbellifera. *Walth. hort.* 11. *t.* 6.

Valerianella canarienſis fruteſcens Simpla nobla dicta. *Dill. elth.* 405. *t.* 299. *f.* 386.

Simpla nobla canarienſium planta. *Pluk. alm.* 347.

Habitat in *Canariis.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, æſtate apricatur, frutex ſempervirens.

ERYNGIUM.

1. ERYNGIUM foliis radicalibus ovalibus planis crenatis, capitulis pedunculatis. *Hort. cliff.* 87.

Eryngium latifolium planum. *Bauh. pin.* 386.

Eryngium pannonicum latifolium. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 158.

Habitat in *Auſtria, Sileſia, Polonia, Ruſſia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

SANICULA.

1. SANICULA foliis ſeptilobatis inæqualibus, floſculis maſculis pedunculatis.

Sanicula floſculis maſculis pedunculatis, hermaphroditis ſeſſilibus. *Gron. virg.* 31. *Roy. lugdb.* 529.

Sanicula marilandica, caule & ramis dichotomis, echinnis minimis in eodem communi pediculo ternis. *Raj. ſuppl.* 260.

Lappula fere umbellata, aſtrantiæ foliis, virginiana. *Pluk. mant.* 114.

Habitat in *Virginia* & *Marilandia.*
Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario*, perennis.

TORDYLIUM.

1. TORDYLIUM involucris umbella longioribus. *Hort. cliff.* 90.
Gingidium foliis paſtinacæ latifoliæ. *Bauh. pin.* 151.
Caucalis ſyriaca cum maximo ſemine. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 86.
Habitat in *Syria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. TORDYLIUM involucris partialibus longitudine petalorum, foliolis ovatis laciniatis. *Hort. cliff.* 90.
Seſeli creticum minus. *Bauh. pin.* 161.
Seſeli creticum. *Dod. pempt.* 314.
Pharm. Seseli cretici Semina.
Habitat *Monſpelii*, *Romæ*, *Meſſanæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, raro ſemina maturans.

CAUCALIS.

1. CAUCALIS umbella trifida, umbellis triſpermis, involucris triphyllis. *Hort. cliff.* 91.
Caucalis monſpeliaca echinata, magno fructu. *Bauh. pin.* 153.
Echinophora altera aſperior platycarpos. *Col. ecphr.* 1. *p.* 95. *t.* 94.
Habitat *Monſpelii* & in *Italia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

2. CAUCALIS umbellulis ſeſſilibus ſimplicibus. *Hort. cliff.* 91.
Caucalis nodoſa, echinato ſemine. *Bauh. pin.* 153. *prodr.* 80.
Caucalis nodoſo echinato ſemine. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 83.
Caucalis ad alas florens. *Riv. pent.* 36.
Habitat in aggeribus *Angliæ*, *Galliæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, †.
Obſ. *Semina exteriora ſ. lateralia umbellulæ piloſa ſunt: umbella univerſalis nulla, ſed floſculi ad alas foliorum conferti.*

ARTEDIA.

1. ARTEDIA ſeminibus ſquamatis. *Hort. cliff.* 89.
Tapſia orientalis, anethi folio, ſemine eleganter crenato. *Tournef. cor.* 22. *it.* 3. *p.* 298. Gin-

Gingidium. *Rauv. itin.* 287. *t.* 287. *Comm. hort.* 61. *t.* 12. *Dalech. app.* 34.
Gingidium folio foeniculi. *Bauh. pin.* 51.
Habitat in *Libano*, & *Tocat*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, floruit. †.

DAUCUS.

* DAUCUS ſeminibus hiſpidis. *Fl. ſvec.* 223.
β. Daucus ſativus, radice lutea. *Tourneſ. inſt.* 307.
Paſtinaca tenuifolia ſativa, radice lutea. *Bauh. pin.* 151.
Carota. *Cæſalp. ſyſt.* 288.
Pharm. Dauci sativi Semina.
γ. Daucus ſativus radice alba. *Tourneſ. inſt.* 307.
δ. Daucus ſativus, radice atro rubente. *Bauh. pin.* 151.
Svecis Morot.
Habitat in *Europa*.
Hoſpitatur ubique in *Hortis* oleraceis biennis, γ. δ. rariores ſunt.

AMMI.

1. AMMI foliis inferioribus pinnatis lanceolatis ſerratis, ſuperioribus multifidis linearibus.
Ammi laciniis foliorum caulis lanceolatis. *Hort. cliff.* 89.
Ammi majus, *Bauh. pin.* 159.
Ammi vulgare. *Dod. pempt.* 301. *Lob. ic.* 721.
Habitat in vineis agris pinguibus *Siciliæ*, *Italiæ*, *Hiſpaniæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

SELINUM.

1. SELINUM radice filiformi multiplici. *Hort. cliff.* 93.
Apium ſylveſtre, lacteo ſucco turgens. *Bauh. pin.* 153.
Thyſſelinum plinii. *Lob. ic.* 711.
Habitat in *Germaniæ* & *Galliæ* paludoſis nemoroſis.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. SELINUM foliis radicalibus ovatis inæqualiter ſerratis. *Hort. cliff.* 92.
Oreoſelinum, apii folio, majus. *Tourneſ. inſt.* 318.
Daucus montanus, apii folio, major. *Bauh. pin.* 150.
Dauci tertium genus. *Fuchſ. hiſt.* 233.
Cervaria. *Riv. pent.* 12.
Habitat in Montibus *Helvetiæ*, *Alſatiæ*, *Sabaudiæ*, *Genevæ*, *Galloprovinciæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

3. SELINUM foliis ſimpliciter pinnatis inciſo-angulatis.
Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſcr. Radix *altè deſcendens.* Caulis *pedalis*, *ſ. bipedalis*, *erectus*, *teres*, *vix manifeſte ſtriatus*, *ſimpliciſſimus.* Folia *alterna*, *ſimpliciter pinnata*, petiolis *inferne membraceis*, *ſuperne parum canaliculatis*, *baſi amplexi caulibus*, *non vero vaginantibus.* Foliola *ſeptem vel novem*, *cuneiformia*, *angulata*, *inciſa*, *lævia*, *venoſa*: *impari tripartito*; *adeoque facie inter Pimpinellam maximam* & Paſtinacam *media.* umbellæ *aliqvot ramos terminantes.* Umbella *parum convexa*, *patens*, *e radiis numeroſiſſimis.* Involucrum *univerſale* ex *foliolo uno alterove anguſto*: *Partialia vero ex foliolis decem circiter ſubulatis.* Corollæ *fere regulares*, *exterius rubræ*, *interius albæ*, *hermaphroditæ.* Stamina *alba*, *corollula longiora.* Styli *albi*, *truncati.* Pedunculus *umbellæ ſtriato-angulatus.*

ATHAMANTA.

1. ATHAMANTA foliolis capillaribus, ſeminibus glabris ſtriatis. *Hort. cliff.* 93.
Meum foliis anethi. *Bauh. pin.* 148.
Meum. *Dod. pempt.* 305.
Daucus creticus. *Fuchſ. hiſt.* 230.
Pharm. Meu Radix.
Habitat in altioribus montibus *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*,
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. ATHAMANTA foliis inferioribus nitidis, umbellis primordialibus ſubſeſſilibus, ſeminibus pilofis.
Athamanta foliolis multifidis planis, ſeminibus villoſis. *Hort. cliff.* 93.
Libanotis foliis multifidis planis. *Hall. gott.* 41
Daucus ſecundus ſiculus, folio ſophiæ. *Zan. hiſt.* 80. *Pluk. alm.* 129.
Myrhis ſicula elatior, tenuioribus foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 302
Chærophyllum ſiculum, foliis ſophiæ, villoſo ſemine. *Tourneſ. inſt.* 314.
Habitat in *Sicilia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.
Deſcr. Folia *ſupradecompoſita*: *inferiora nitida*: *ſuperiora ſubvilloſa.* Caules *pubeſcentes.* Involucrum *univerſale uno alterove foliolo.* Semina *oblonga*, *piloſa.* Umbellæ *primordiales ſubſeſſiles*, *tandem laterales evadunt.*

PEUCEDANUM.

1. PEUCEDANUM foliis quinquies tripartitis lineariſubulatis integerrimis. *Hort. cliff.* 93.

Peuce-

Peucedanum germanicum. *Bauh. pin.* 149.
Peucedanum. *Lob. hiſt.* 453.
Habitat ad foſſas *Germaniæ*, *Angliæ*, *Galliæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, ♃.

CRITHMUM.

1. CRITHMUM foliolis lanceolatis carnoſis. *Hort. cliff.* 94.
Crithmum ſ. Fœniculum marittimum minus. *Bauh. pin.* 288.
Fœniculum marinum ſ. Empetrum, ſ. Calcifraga. *Lob. ic.* 392.
Habitat in rupibus marittimis *Angliæ* & auſtralioris *Europæ*.
Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario*, perennis.

FERULA.

1. FERULA foliolis linearibus longiſſimis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 95. *Roy. lugdb.* 99.
Ferula femina plinii. *Bauh. pin.* 148.
Ferula. *Dod. pempt.* 321. *Lob. ic.* 778.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Italia*, *Sicilia*, *Apulia*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

2. FERULA foliolis laciniatis: lacinulis tridentatis inæqualibus. *Hort. cliff.* 95. *Roy. lugdb.* 99.
Ferula tingitana, folio latiſſimo lucido. *Herm. par.* 165. *t.* 165.
Habitat in *Hiſpania* & agro *Tingitano*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

3. FERULA lucida canadenſis. *Gron. virg.* 147.
Habitat in *Virginia*.
Hoſpitatur *ſub dio*.
Obſ. *Adhuc parva, nec cauleſcens, non determinatur itaque. Foliola ramoſa, linearia, nitida ſunt.*

4. FERULA foliorum alis utrinque acutis, foliolis linearibus integerrimis, umbellis terminalibus ſubſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 100.
Ferula minor ad ſingulos nodos umbellifera. *Tournef. inſt.* 321.
Libanotis ferulæ folio & ſemine. *Bauh pin* 158.
Libanotis quibusdam, flore luteo, ſemine ferulæ. *Bauh. hiſt.* 3 *pp.* 41. *Raj. hiſt.* 421.

Panax

Panax Aſclepium, ferulæ facie. *Lob. ic.* 783.
Habitat in *Iſtria.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

LIGUSTICUM.

1. LIGUSTICUM foliis multiplicibus, foliolis ſuperne inciſis. *Hort. cliff.* 97.
Liguſticum vulgare. *Bauh. pin.* 157.
Leviſticum vulgare. *Dod. pempt.* 311.
Pharm. Levistici Radix, Herba Semina, *Oleum.*
Svecis Libb-ſticka.
Habitat in *Baldo* & *Appenninis.*
Hoſpitatur ubique in *areis ruſticorum*, perennis.

2. LIGUSTICUM foliis multiplicato-pinnatis, foliolis pinnatim inciſis. *Hort. cliff.* 97. *Hall. helv.* 434. *Roy. lugdb.* 104.
Cicutaria latifolia fœtida. *Bauh. pin.* 161.
Cicuta fætida. *Tabern. hiſt* 2 *p.* 465.
Habitat in Alpibus *Rhæticis*, *Peloponeſiacis.*
Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario*, perennis.

ANGELICA.

1. ANGELICA foliolis æqualibus ovatis inciſo-ſerratis. *Hort. cliff.* 97.
Angelica lucida canadenſis. *Corn. can.* 196. *t.* 197. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 281. *ſ.* 9. *t.* 3. *f.* 8.
Imperatoria lucida canadenſis? *Tournef. inſt.* 317.
Habitat in *Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

SIUM.

1. SIUM foliis pinnatis, floralibus ternatis. *Hort. cliff.* 98.
Siſarum germanorum. *Bauh pin.* 155.
Siſarum majus. *Dalech. hiſt.* 723.
Svecis Socker-rot.
Habitat forte in *China*?
Hoſpitatur in *Hortis* oleraceis, perennis.

BUBON.

1. BUBON foliolis rhomboideo-ovatis inciſis, umbellis numeroſiſſimis. *Hort. cliff.* 95.
Apium macedonium. *Bauh. pin.* 154.

Petro-

Petroſelinum macedonicum. *Lob. ic.* 708. *Dod. pempt.* 697.
Pham. Petroselini macedonici Semina.
Habitat forte in *Macedonia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

SISON

1. SISON foliis pinnatis, umbellis pendulis. *Roy. lugdb.* 105.
Siſon foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 98.
Sium terreſtre, umbellis rarioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 283. *ſ.* 9. *t.* 5. *f.* 6.
Sium arvenſe ſeu ſegetum. *Tournef. inſt.* 308.
Selinum ſii foliis. *Raj hiſt.* 443.
Habitat inter Segetes *Angliæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis, †.

2. SISON foliolis ſubcapillaribus.
Ammi lacinulis foliorum caulis capillaribus. *Hort. clif.* 89.
Ammi parvum, foliis fœniculi. *Bauh. pin.* 159.
Ammi. *Cam. epit.* 522. *Riv. pent.* 92.
Foeniculum annuum, odore origani. *Tournef. inſt.* 312.
Pharm. Ammios veri Semina.
Habitat in *Apulia* & *Ilva* monte.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, florens, non fructum ferens, †.

OENANTHE.

1. OENANTHE umbellularum pedunculis marginalibus longioribus ramoſis maſculis.
Oenanthe floſculis radiantibus umbellarum proliferis. *Hort. cliff.* 99.
Oenanthe cretica. *Pon. bald.* (*ital*) 213.
Oenanthe prolifera apula. *Bauh. pin.* 163. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 289. *ſ.* 9. *t.* 7. *f.* 5.
Habitat in *Apulia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.
Obſ. Umbella *Univerſalis radiis ſæpius quatuor, patentiſſimis.* Umbellulæ *floſculis in* diſco *convexo ſeſſilibus, hermaphroditis: in* radio *floſculis maſculis extrorſum radiatis, pedunculo ramoſomultifloro inſidentibus.*

CORIANDRUM.

1. CORIANDRUM fructibus globoſis. *Hort. cliff.* 100.
Coriandrum majus. *Bauh. pin.* 158.

Corian-

Coriandrum. Dod. *pempt.* 302.
Pharm. CORIANDRI Semina, *Confectio.*
Svecis. Coriander.
Habitat inter Segetes *Germaniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

BUPLEURUM.

1. BUPLEURUM involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis.
Bupleurum foliis ovatis perfoliatis. *Hort. cliff.* 104. *Hall. helv.* 437.
Perfoliata vulgatiſſima arvenſis. *Bauh. pin.* 277.
Perfoliata. *Dod. pempt.* 104.
Pharm. PERFOLIATÆ Herba, Semina.
Habitat inter ſegetes *Italiæ*, *Galliæ*, *Angliæ*, *Germaniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

SCANDIX.

1. SCANDIX ſeminibus roſtro longiſſimo. *Hort. cliff.* 101.
Scandix, ſemine roſtrato, vulgaris. *Bauh. pin.* 152.
Scandix ſ. Pecten veneris. *Dod. pempt.* 701.
Pecten veneris. *Cam. epit.* 302.
Habitat inter ſegetes *Germaniæ*, *Belgii*, *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. SCANDIX ſeminibus ſulcatis angulatis. *Hort. cliff.* 101.
Myrhis major, Cicutaria odorata. *Bauh. pin.* 160.
Myrhis. *Dod. pempt.* 701.
Svecis Spanſk-kyrſvell.
Habitat in montibus *Alvorniæ*,
Hoſpitatur ubique in *hortis* oleraceis, perennis.

CHÆROPHYLLUM.

1. CHÆROPHYLLUM foliis ſupra decompoſitis, caulinis articulis lævibus: ſuperne incraſſatis.
Chærophyllum radice turbinata carnoſa. *Hort. cliff.* 102.
Cicutaria bulboſa. *Bauh. pin.* 161.
Myrhis foetens. *Riv. pent.* 49.

Habi-

Habitat in *Alſatia*, *Hungaria*, *Helvetia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.
Deſcr. Radix *napiformis.* Caulis *humanæ altitudinis*, *lævis*, *infimo articulo ſcabro*, *articulis verſus apicem ventricoſis*, *præſertim in ſuperioribus.* Folia *ſupradecompoſito-pinnata*, *glabra*, *in ſummis folis linearia.* Umbellulæ *intermediæ maſculæ*, *dimidio breviores*, *exterioribus hermaphroditis.*

IMPERATORIA.

1. IMPERATORIA. *Riv. pent.* 7. *Hort. cliff.* 103.
Imperatoria major. *Bauh. pin* 156.
Magiſtrantia. *Cam. epit.* 592.
Oſtruthion. *Dod. pempt.* 514.
Pharm. IMPERATORIÆ Radix.
Svecis Mæſtar-ört.
Habitat in pratis ad radices Alpium *Helveticarum*, *Auſtricarum*, *Styriacarum.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.
Obſ. *Ruſticis ut ſpecificum in tertiana inſervit.*

HERACLEUM.

1. HERACLEUM foliis pinnatis, foliolis quinis: intermediis ſeſſilibus, floribus radiatis.
Heracleum foliis palmatis ſerratis. *Hort. cliff.* 103.
Panax ſphondylii folio. ſ. Heracleum. *Bauh. pin.* 157.
Panax Heraclium. *Dalech. hiſt.* 740.
Panaces Heraclium ſ. Sphondylium alterum. *Dod. pempt.* 307.
Habitat in Alpibus *Apenninis*, ego *e Siberia habui.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, ratius perennis.
Deſc. Caulis *craſſitie*, *quanta vix pollice & indice comprehendi queat prope radicem*, *rufeſcens*, *ſulcatus una cum vaginis foliorum*, *quæ ambo inferne pilis rigidiuſculis reflexis ſcabra*; *altitudo fere humana.* Folia *alterna (vagina ampla ventricoſa) inſidentia petiolo breviſſimo*, *mox triplici*; *lateroli petiolo utrinque inſidet* Foliolum *circumſcriptione cordatum*, *acuminatum*, *triplici ſinu ultra medium utrinque inciſum & prætera profundius ſerratum* & *iterum tenuius ſerratum*, *lobis omnibus acutiuſculis.* Foliolum *hoc parum rugoſum*, *læve*, *ſubtus vix manifeſte tomentoſum. Petiolo intermedio tria foliola inſident*, *quorum lateralia ſeſſilia*, *præcedentibus æqualia*, *ſed latere exteriori anguſtiora.* Quintum *vero* foliolum *impar majus eſt*, *ſed præcedentibus ſimile et profundius ſinuotum. Umbellæ ex ſingulis alis teminalibus altiores ſingulæ.* Involucrum *univerſale paucis foliolis perſiſtentibus*, *Partiale pluribus anguſtiſſimis brevibus.* Umbella *copioſa*, *ampla.* Corollæ *albæ*, *radiatæ*, *magnæ.* *Omnes* Floſculi *fertiles.* Semina *ovalia*, *porum convexa*, *utrinque lineis quatuor*, *obſcuris notata.*

2. HERACLEUM foliis pinnatis: foliolis quinis: intermediis ſeſſilibus, corollulis uniformibus.

Habitat in *Siberia ?* certe ſemina miſſa ab amiciſſ. Viro.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, perennisve.
Obſ. *Simillima præcedenti, ſed paullo minor & magis viridis, deſcriptio in omnibus eadem, ſed corolla viridis vel viridi-lutea, nec radiata, uti præcedentis, nec alba uti ſylveſtris Fl. Svec. 231. quæ etiam ſine radio.*

PASTINACA,

1. PASTINACA foliis ſimpliciter pinnatis. *Hort. cliff.* 105.
   Paſtinaca ſylveſtris latifolia. *Bauh. pin.* 155.
   Paſtinaca latifolia ſylveſtris. *Dod. pempt.* 680.
   Pharm. Pastinacæ Semina.
   Svecis Palſternacka.
   Habitat ad agrorum margines in *Germania, Anglia, Italia.*
   Hoſpitatur ubique in *Hortis oleraceis*, biennis.

SMYRNIUM.

1. SMYRNIUM foliis caulinis ſimplicibus amplexicaulibus. *Hort. cliff.* 104.
   Smyrnium peregrinum, rotundo ſ. oblongo folio. *Bauh. pin.* 158. 154. *prodr.* 82.
   Perfoliata altera. *Dalech. hiſt.* 791.
   Habitat in *Creta, Sicilia*, inque montibus *Æquicolorum*, *Valvenſium*, *Aſprenſium*.
   Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

ANETHUM.

1. ANETHUM fructu compreſſo. *Hort. cliff.* 106.
   Anethum hortenſe. *Bauh. pin.* 147.
   Anethum. *Dod. pempt.* 298.
   Pharm. Anethi Herba, *Aqua*, *Oleum*, Flores, Semina, *Oleum.*
   Svecis Dill.
   Habitat inter ſegetes *Hiſpaniæ* & *Luſitaniæ.*
   Hoſpitatur ubique in *Hortis* oleraceis, annua.
2. ANETHUM fructu ovato. *Hort. cliff.* 106.
   Fœniculum dulce. *Bauh. pin.* 147.
   Fœniculum. *Dod. pempt.* 297.
   Pharm. Foeniculi Radix, Herba, *Aqua*, Semina, *Confectio*, *Aqua*, *Spiritus.*
   Svecis Fånkål.
   Habitat in ſiccis *Lugduni*, *Monſpelii.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua, florens, vix fructum ferens.

API-

APIUM.

1. APIUM foliis caulinis linearibus. *Hort. cliff.* 108.
   Apium hortenſe vel Petroſelinum vulgo. *Bauh. pin.* 153.
   Apium hortenſe. *Dod. pempt.* 694.
   Pharm. PETROSELINI Radix, Herba, *Aqua*, Semina, *Oleum.*
   Svecis Perſillja.

β. Apium criſpum. *Riv. pent.* 91.
   Apium vel Petroſelinum criſpum. *Bauh. pin.* 153.
   Svecis Krus-perſillja.

γ. Apium radice eſculenta. *vulgo.*
   Svecis Rot-perſillja.
   Habitat locis humentibus *Sardiniæ.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.

* APIUM foliolis caulinis cuneiformibus. *Fl. ſvec.* 248. *Hort. cliff.* 107.

β. Apium dulce, Celeri italorum. *Tournef. inſt.* 305.
   Svecis Celleri.
   Habitat in *Europa.*
   Hoſpitatur *ſub dio.*, biennis, oleracea.

ANISUM.

1. ANISUM foliis radicalibus ſimplicibus. *Hort. cliff.* 107.
   Aniſum herbariis. *Bauh. pin.* 159.
   Aniſum. *Fuchſ. hiſt.* 62.
   Pharm. ANISI Semina, *Aqua*, *Spiritus*, *Oleum.*
   Svecis Anis.
   Habitat in *Ægypto*, *Syria.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. ANISUM foliis radicalibus pinnatis. *Hort. cliff.* 107.
   Apium peregrinum, foliis ſubrotundis. *Bauh. pin.* 153.
   Selinum peregrinum 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 199.
   Daucus tertius dioſcoridis, ſecundus plinio. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 108. *t.* 109.
   Habitat in *Meſſanis*, *ſalmanticenſibus*, *Campoclarenſibus*; *herbidis ſterilioribus.*
   Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

TRIGYNIA.

RHUS.

1. RHUS foliis pinnatis ſerratis. *Hort. cliff.* 110.
Rhus anguſtifolium. *Bauh. pin.* 414.
Sumach anguſtifolium. *Bauh. prodr.* 158.
Pharm. SUMACH Flores, Semina.
Habitat in *Braſilia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor †.

2. RHUS foliis pinnatis integerrimis. *Hort. cliff.* 111.
Toxicodendrum foliis alatis, fructu rhomboide. *Dill. elth.* 390. *t.* 292. *f.* 377.
Arbor americana, alatis foliis, ſucco lacteo venenata. *Pluk. alm.* 45. *t.* 145. *f.* 1.
Sitz vel Sitzdſiu. *Kæmpf. amœn.* 791. *t.* 792.
Pharm. VERNIX Reſina.
Habitat in *Virginia*, *China.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, arbor.

3. RHUS foliis ternatis: foliolis obverſe cordatis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 111.
Rhus africanum trifoliatum minus glabrum, ſplendente folio ſubrotundo integro. *Pluk. alm.* 319. *t.* 219. *f.* 9.
Vitex trifolia minor indica rotundifolia. *Comm. hort.* 2. *p.* 181. *t.* 93.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbuſcula.

4. RHUS foliis ternatis: foliolis petiolatis ovatis acutis pubeſcentibus: integris ſinuatisque. *Gron. virg.* 149.
Toxicodendron triphyllum, folio ſinuato pubeſcente. *Tournef. inſt.* 611.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, frutex.

VIBURNUM.

1. VIBURNUM foliis cordatis acute crenatis venoſis: ſubtus tomentoſis. *Virid. cliff.* 25.
Viburnum. *Hort. cliff.* 109. *Tournef. inſt.* 607.

Vibur-

Viburnum vulgo. *Bauh. pin.* 429.
Lantana. *Dod. pempt.* 781.
Habitat in argilloſis ſepibus *Alſatiæ*, *Angliæ*, *Helvetiæ*, *Galliæ*, *Italiæ*
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbuſcula.

2. VIBURNUM foliis ovatis integerrimis.
Tinus. *Hort. cliff.* 109.
Tinus 1. 2. 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 49.
Laurus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 461.
Habitat in *Luſitania*, *Italia*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor ſempervirens.

* VIBURNUM foliis trilobis dentatis.
Opulus. *Hort. cliff.* 109. *Fl. Svec.* 249. *Gron. virg.* 149.
β. Sambucus aquatica flore globoſo pleno. *Bauh. pin.* 456.
Sambucus roſea. *Lob. ic.* 451.
Svecis Snö-bâll.
Habitat in *Europa*.
Hoſpitatur *ſub dio*, arbuſcula.

SAMBUCUS.

1. SAMBUCUS caule arboreo ramoſo, floribus umbellatis. *Fl. Svec.* 250. *Roy. lugdb.* 243.
Sambucus caule perenni ramoſo. *Hort. cliff.* 109.
β. Sambucus laciniato folio. *Bauh. pin.* 456.
Sambucus foliis laciniatis. *Dalech. hiſt.* 268.
Habitat in *Oelandia*, *Scania*.
Hoſpitatur *ſub dio*, arbor.

TAMARIX.

1. TAMARIX pedunculis nudis, floribus pentandris.
Tamarix floribus pentandris. *Hort. cliff.* 14.
Tamarix altera, folio tenuiore, ſ. gallica. *Bauh. pin.* 485.
Pharm. TAMARISCI Lignum, Cortex, Folia.
Habitat in *Normannia*, *Gallia narbonenſi*, *Hiſpania*, *Italia*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, arbor, ſempervirens.

STAPHYLÆA.

1. STAPHYLÆA foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 112.
Staphylodendron. *Dalech. hiſt.* 102.
Piſtacia ſylveſtris. *Bauh. pin.* 401.
Nux veſicaria. *Dod. pempt.* 818.

Svecis, Pimper-nötter.
Habitat in ſpongioſis *Italiæ*, *Helvetiæ* & forte Bahuſiæ.
Hoſpitatur in *Frigidario*, at in *Auſtraliori Svecia ſub dio* Arbor.

TELEPHIUM.

1. TELEPHIUM.
Telephium foliis oblongo-ovatis, floribus laxe ſpicatis terminalibus. *Hort. cliff.* 73.
Telephium repens, folio non deciduo. *Bauh. pin.* 287.
Helianthes ſpecies. *Lob. adv.* 405. *Dalech. hiſt.* 869.
Habitat in *Gallo-provincia*, non procul *Aquis-ſextiis* & in arduis jugis *Bonaventuræ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

CORRIGIOLA.

1. CORRIGIOLA.
Corrigiola caule faſciculis florum terminato. *Hort. cliff.* 112. *Hall. helv.* 391.
Polygonifolia per terram ſparſa, flore ſcorpioides. *Raj. hiſt.* 215.
Polygonum littoreum minus, floſculis ſpadiceo albicantibus. *Bauh. pin.* 281. *prodr.* 131. *Raj. hiſt.* 213. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 593. *ſ.* 5. *t.* 29. *f.* 1.
Alſine paluſtris minor, folio oblongo, repens, floſculis parvis racemi modo junctis albis roſaceis. *Lind. alſat.* 115. *t.* 2. *f. C.*
Habitat in littoribus arenoſis *Germaniæ*, *Galliæ*.
Hoſpitatur in *Vaporariis*, ſæpe etiam *ſub dio*, annua, cicur.

PENTAGYNIA.

ARALIA.

1. ARALIA caule folioſo inermi.
Aralia ex alis floriſera. *Hort. cliff.* 113.
Aralia canadenſis. *Tournef. inſt.* 30.
Angelica baccifera. *Raj. hiſt.* 661.
Panaces carpimos racemoſa canadenſis. *Corn. canad.* 74. *t.* 75.
Habitat in *Canada*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

STA-

STATICE.

1. STATICE foliis radicalibus alternatim pinnato-ſinuatis: caulinis ternis triquetris ſubulatis decurrentibus.
   Statice foliis caulinis decurrentibus. *Hort. cliff.* 116.
   Limonium rauvolfianum. *Cluſ. cur.* 33. *t.* 33.
   Limonium pulchrum. *Rauv. itin.* 314. *t.* 314.
   Habitat in *Sicilia*, *Boetica*, *Syria*, *Africa*.
   Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.
   Obſ. *Pulcra planta*, calyce *cæruleo*, corolla *nivea*, *angulis caulis membranaceis*, *repandis*, *pilis ſcabris*.

2. STATICE foliis lanceolatis mucronatis radicalibus, caule ancipiti dichotomo, ſtipulis ſimplicibus.
   Limonium elatius, plantaginis foliis procumbentibus in aculeum terminatis, floribus albis in capitula congeſtis. *Amm. ruth.* 129.
   Limonium elatius, plantaginis foliis procumbentibus in aculeum terminatis, floribus albis ſpicatis. *Amm. ruth.* 130.
   Limonium orientale, plantaginis folio, floribus umbellatis. *Tourneſ. cor.* 25. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 76. *t.* 36.
   Limonium floſculis elegantiſſimis. *Raj. hiſt.* 397.
   Habitat in montoſis *Dauriæ*.
   Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis ☿.

LINUM.

1. LINUM foliis alternis lanceolatis integerrimis, calycibus acuminatis angulatis, capſulis mucronatis.
   Linum ramis foliisque alternis lineari-lanceolatis, radice annua. *Hort. cliff.* 114.
   β. Linum ſativum. *Baub. pin.* 214.
   Linum. *Fuchſ. hiſt.* 471.
   Pharm LINI SATIVI Semina, *Oleum.*
   Svecis Lin. *Gothis* Hôr.
   γ. Linum ſativum humilius, flore magno. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 284.
   δ. Linum ſativum latifolium africanum, fructu majore. *Tourneſ. inſt.* 339.
   Habitat in *Africa*, *nunc in Hiſpania*, *Pannonia*, *Anglia*.
   Hoſpitatur β in *agris*, annua planta.

2. LINUM foliis alternis lanceolatis integerrimis, calycibus apice obtuſis, capſulis muticis.

Linum perenne, ramis foliisque alternis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 114.

Linum perenne majus cæruleum, capitulo majore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 573.

Linum ſylveſtre cæruleum perenne erectius, flore & capitulo majore. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 362.

Habitat in *Sibiria*.

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Obſ. *Facies* Lini *præcedentis, ſed duplo major planta; flores majores & caulis magis ramoſus; radix dein perennis. Foliola calycina quinque non angulata, aut carinata, quorum duo exteriora paulo minora, parum mucronata, reliqua tria concava, obtuſiſſima, margine membranaceo, nec acuminibus patula. Capſulæ globoſæ, nec acuminatæ, Corollæ cæruleæ, ſtriatæ, ut in vulgari, ſed integerrimæ.*

* * * * * * * * *

CLAS-

CLASSIS. VI.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

BROMELIA.

1. BROMELIA foliis ſpinoſis, fructibus coalitis caulem cingentibus. *Hort. cliff.* 129.
   Carduus braſilianus, foliis aloës. *Bauh. pin.* 384.
   Ananas acoſtæ. *Comm. hort.* 1. *p.* 109. *t.* 57.
   Ananas aculeatus, fructu ovato: carne albida. *Plum. ſpec.* 20.
   Svecis Ananas.
   Habitat in *Nova Hiſpania*, *Surinama.*
   Hoſpitatur in *Caldario* & *Vaporario*, ſempervirens.
2. BROMELIA foliis ſpinoſis oblique recurvis, fructibus diſperſis racemoſis.
   Karatas foliis altiſſimis anguſtiſſimis & aculeatis, *Plum. gen.* 10. *Barr. æquin.* 64.
   Habitat in *Gallia æquinoctiali.*
   Hoſpitatur in *Caldario* & *Vaporario*, ſempervirens.

TRADESCANTIA.

1. TRADESCANTIA. *Hort. cliff.* 127. *Gron. virg.* 36.
   Moly ſ. Phalangium virginianum, *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 166. *f.* 18.
   Allium ſ. Moly virginianum. *Bauh. pin.* 516.
   Ephemerum virginianum Joh. Tradeſcanti, *Pluk. alm.* 134.
   Habitat in *Virginia.*
   Hoſpitatur in *Frigidario*, & ſæpe *ſub dio*, perennis.

GALANTHUS.

1. GALANTHUS. *Hort. cliff.* 134.
   Leucojum bulboſum trifolium minus. *Bauh. pin.* 56. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 96. *f.* 4.
   LeucoNarciſſo-Lirion minimum. *Lob. hiſt.* 64.

Erangelia. *Renealm. ſpec.* 97. *t.* 96.

Habitat in *Pannonia*, in ſaltibus *Viennenſibus* ad radices Alpium inter *Tridentum* & *Venetias*.

Hoſpitatur *ſub dio*, prima veris nuntia, ſæpe florem e nive promens, martio menſe, bulboſa.

LEUCOJUM.

1. LEUCOJUM. *Hort. cliff.* 135.

Leucojum bulboſum vulgare. *Bauh. pin.* 55. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 95. *f.* 1.

Leucojum bulboſum hexaphyllum. *Dod. pempt.* 230.

Habitat in *Pannonia, Helvetia, Italia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, primo vere florens, bulboſa.

NARCISSUS.

1. NARCISSUS ſcapo unifloro, nectarii limbo rotato breviſſimo.

Narciſſus foliis enſiformibus, florum nectario rotato breviſſimo. *Hort. cliff.* 134.

Narciſſus albus, circulo purpureo. *Bauh. pin.* 48.

Narciſſus medio purpureus. *Dod. pempt.* 223.

β. Narciſſus medio purpureus multiplex. *Bauh. pin.* 54.

Narciſſus pleno flore. VI. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 161.

Svecis Narciſſ.

Habitat in *Gallia Narbonenſi* & *Italia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, bulboſa.

2. NARCISSUS ſcapo unifloro, nectarii limbo campanulato erecto, petala æquante.

Narciſſus foliis enſiformibus, florum nectario longitudine petalorum. *Hort. cliff.* 134.

Narciſſus ſylveſtris pallidus, calyce luteo. *Bauh. pin.* 52. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 71. *f.* 11.

Narciſſus luteus ſylveſtris. *Dod. pempt.* 227. *f.* 1. 2.

Svecis Påſk-lilja.

Habitat in umbroſis nemoroſis *Angliæ*, *Italiæ*, *Hiſpaniæ*.

Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, bulboſa.

3. NARCISSUS ſcapo multifloro, nectario campanulato, foliis planis.

Narciſſus foliis enſiformibus, florum nectario campanulato erecto petalis longe breviore. *Hort. cliff.* 134.

Narciſ-

Narciſſus medio luteus, copioſo flore: odore gravi. *Bauh. pin.* 50. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 57. *f.* 11.

β. Narciſſus flore pleno. 1. 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 50.
Svecis Tazette.
Habitat in *Gallia Narbonenſi* & *Hiſpaniæ* maritimis.
Hoſpitatur in *Caldario*, bulboſa.

4. NARCISSUS ſcapo multifloro, nectario campanulato brevi, foliis ſubulatis.
Narciſſus foliis ſubulatis, florum nectario breviſſimo. *Hort. cliff.* 134.
Narciſſus juncifolius, oblongo calyce, luteus major. *Bauh. pin.* 51.
Narciſſus juncifolius luteus minor. *Bauh. pin.* 51.
Narciſſus juncifolius ſtellatus minor, parvo calyce. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 65. *f.* 10.
Narciſſus juncifolius 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 60.
Narciſſus juncifolius minor. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 160.
Svecis Jonquille.
Habitat in uliginoſis inter *Hiſpalim* & Gades, inter *Guadalopam* & *Toletum*.
Hoſpitatur in *Caldario*, bulboſa.

AMARYLLIS.

1. AMARYLLIS ſpatha uniflora, corolla inæquali, genitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 135.
Amaryllis formoſiſſima. *Act. Stockh.* 1742. *p.* 93.
Narciſſus Jacobæus major. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 89. *f.* 10.
Lilio-Narciſſus Jacobæus, flore ſanguineo rutilante. *Dill. elth.* 195. *t.* 162. *f.* 196.
Svecis Den ſkõna.
Habitat in *Mexico*.
Hoſpitatur in *Caldario*, bulboſa.

2. AMARYLLIS ſpatha multiflora, corollis revolutis, genitalibus ſtrictis.
Amaryllis ſpatha multiflora, corollis æqvalibus patentiſſimis revolutis, genitalibus longiſſimis. *Hort. cliff.* 135.
Narciſſus japonicus, rutilo flore. *Corn. canad.* 157. *t.* 158. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 93. *f.* 14.

Lilium

Lilium ſarnienſe. *Dugl. monogr. t.* 1. 2.
Habitat in *Japonia.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſed ſterilis, bulboſa.

POLIANTHES.

1. POLIANTHES floribus alternis. *Hort. cliff.* 126. *Fl. zeyl.* 125.
Hyacinthus indicus tuberoſus, flore hyacinthi orientalis. *Bauh. pin.* 47. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 38. *f.* 3.
Hyacinthus indicus, tuberoſa radice. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 176.
Hyacinthus indicus tuberoſus, flore narciſſi. *Bauh. pin.* 47. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 39. *f.* 4.
Svecis Tuberos.
Habitat in *India Orientali*, & *occidentali.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis. †.

CRINUM.

1. CRINUM. *Hort. cliff.* 127.
Lilio-Aſphodelus americanus ſempervivens minor albus. *Comm. rar.* 15. *t.* 5.
Habitat in *America.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſempervirens.

ALLIUM.

1. ALLIUM ſcapo nudo, foliis lanceolato ſeſſilibus, umbella faſtigiata.
Alium foliis lanceolatis, umbella laxa. *Hort. cliff.* 127.
Allium foliis radicalibus ſeſſilibus lanceolatis, floribus umbellatis. *Roy. lygdb.* 57. *Hall. all.* 45. *n.* 20.
Moly latifolium luteum, odore allii. *Bauh. pin.* 75. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 162. *f.* 4.
Moly flavo flore. *Swert. floril.* 1. *t.* 60. *f.* 2.
Habitat in *Hungaria*, *Baldo*, & circa *Monſpelium.*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

2. ALLIUM caule planifolio bulbifero, radice compoſita, ſtaminibus tricuſpidatis.
Allium radicis bulbo multipartito, capitulo bulbifero, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 137.
Allium ſativum. *Bauh. pin.* 73.
Allium. *Cam. epit.* 328.

Allium

Allium ſtaminibus alterne trifidis foliis gramineis, radicibus in unum bulbum congruentibus. *Hall. all.* 5.

Pharm. Allii Radix, *Aqua*, *Acetum*.

Svecis Hvit-lök.

Habitat in *Sicilia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, oleracea, bulboſa.

3. ALLIUM ſcapo nudo inferne ventricoſo longiore, foliis teretibus.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, caule ad terram ventricoſo. *Hall. all.* 24. *n.* 10.

Cepa ſcapo ventricoſo foliis longiore, radice depreſſa *Hort. cliff.* 137.

Cepa rotunda. *Dod. pempt.* 687.

Cepa. *Cam. epit.* 324.

Cepa vulgaris, floribus & tunicis purpuraſcentibus aut albis. *Tournef. inſt.* 382.

Pharm. Cepæ Semina.

Svecis. Röd-lök.

Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, oleracea, bulboſa, biennis.

4. ALLIUM caule planifolio umbellifero, radice tunicata, ſtaminibus tricuſpidatis.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus ſphærice congeſtis, radice tunicata cauli circumnata. *Hall. all.* 18. *n.* 6.

Porrum radice ambiente tunicata oblonga ſolitaria. *Hort. cliff.* 136.

Porrum cummune capitatum. *Bauh. pin.* 72.

Porrum. *Dod. pempt.* 688.

Pharm. Porri Semina.

Svecis. Purio.

Habitat - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, oleracea, bulboſa, biennis.

* ALLIUM caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis, vaginis ancipitibus.

Porrum capitulo bulboſo erecto, foliis planis ſubcrenatis, vaginis ancipitibus. *Fl. ſvec.* 266.

β. Allium ſtaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, ſcapo ante maturitatem contorto. *Hall. all.* 8. *n.* 2.

Al-

Allium ſativum alterum ſ. Allio-Praſum caulis ſummo circumvoluto. *Bauh. pin.* 73.

Allii genus Ophioſcorodon dictum qvibusdam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 559.

Porrum radice laterali cordata ſolida, pedunculo revoluto, capite bulbifero. *Hort. cliff.* 136.

Svecis Råcken-båll.

Habitat in *Europa*, cum ex alio proveniat & in eundem degeneret iterum torto caule.

Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

6. ALLIUM caule ſubteretifolio umbellifero: pedunculis inferioribus brevioribus, ſtaminibus tricuſpidatis.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, capite ſuave rubente ſphærico, non bulbifero, radice laterali. *Hall. all.* 22. *n.* 8. *f.* 1.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, capite ſphærico non bulbifero atropurpureo. *Hall. all.* 23. *n.* 9 *t.* 1. *f.* 1.

Allium ſ. Moly juncifolium capite ſphærico, flore purpureo. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 160. *f.* 20.

Moly atropurpureum. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 165. *f.* 13.

Habitat in *Helvetia*.

Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

Obſ. *Radicum bulbi catenulati*, deſcendentes quotannis profundius.

7. ALLIUM ſcapo nudo folia adæquante, foliis teretibus venticoſis.

Allium ſtaminibus ſimplicibus, caule medio ventricoſo. *Hall. all.* 27. *n.* 11.

Cepa ſcapo longitudine foliorum, foliis ventricoſis, radice oblonga. *Hort. cliff.* 136.

Cepa oblonga. *Bauh. pin.* 71. *Dod. pempt.* 687.

Svecis Piplôk.

Habitat - - -

Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

* ALLIUM ſcapo nudo folia adæquante, foliis teretibus ſubulato-filiformibus.

Allium ſtaminibus ſimplicibus, foliis radicalibus teretibus, ſcapi longitudine. *Hall. all.* 28. *n.* 12.

Cepa

Cepa ſcapis foliiſque ſubulatis teretibus fiſtuloſis æqualibus, ſpathis globoſis. *Fl. Svec.* 264. *It. oel.* 53. 64.

β. Cepa ſcapo longitudine figuraque foliorum, foliis ſubulatis filiformibus, ſpathis globoſis. *Hort. cliff.* 136.
Porrum ſectivum juncifolium. *Bauh. pin.* 72.
SchœnoPraſum. *Dod. pempt.* 689.
Svecis Gräs-lök.
Habitat in *Oelandia*, *Ingria*, *Alpibus.* &c. unde hæc culta.
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

9. ALLIUM quod Cepa foliis ſubulatis, radicibus oblongis conglobatis. *Hort. cliff.* 136.
Cepa ſterilis. *Bauh. pin.* 72.
Cepa aſcalonica. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 383. *ſ.* 4. *t.* 14. *f.* 3.
Svecis Charlotter.
Habitat in *Palæſtina?*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.
Obſ. *Nullus vidit aut deſcripſit florentem, quod mirum*; forte in hybernaculis ſedula cultura flos eliceretur.

10. ALLIUM quod Cepa fiſſilis. *Cam. epit.* 326.
Cepa ſectilis *Bauh. pin.* 72.
Svecis Johannis-lök.
Habitat - - - flores nunquam vidi.
Hoſpitatur *ſub dio*, bulbuſa

11. ALLIUM ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus ſubtus convexis, umbella ſubgloboſa, ſtaminibus ſubulatis.
Allium ſcapo ancipiti teretiuſculo, foliis enſiformibus: hinc paullo convexioribus. *Gmel. ſibir.* 53. *t.* 11. *f.* 2.
Allium foliis linearibus, florum umbella ſubgloboſa. *Roy. lugdb.* 39.
Allium radice ſeneſcente lignoſa tranſverſa, umbella erecta. *Hall. all.* 16.
Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulbuſa.
Deſcr. Folia *narciſſi.* Scapus *teretiuſculus*, *valde anceps.* Umbella *ſubgloboſa.* Corollæ *patulæ*, *purpuraſcentes*, *petalis tribus exterioribus minoribus*, ſtamina *erecta*, *quorum tria alterna baſi latiora*, *minime tamen emarginata.*

12. ALLIUM ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis ſubtus angulatis, ſcapo ſubancipiti, umbella faſtigata.

Cepa

Cepa ſcapo nudo ſubangulato farcto, foliis linearibus ſubtus anguloſis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 58. *t.* 14. *f.* 2.

Habitat in *Siberiæ* humidiuſculis.
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.
Deſcr. Folia *linearia*, *ſolida*, *canaliculata*, *margine acuta*, *ſubtus parum angulata*, *erecta*, *obliqua*. Scapus *nudus*, *plusquam pedalis*, *erectus*, *teres*, *parum anceps*, *viridis*, *ſolidus*. Spatha *obtuſa*, *ut in ſpecie quinta* Umbella *erecta*, *diſco hemiſphærico*, *convexo*. Corollæ *ovato-erectæ*, *ſubcærulescentes*, *petalis acuminatis*, *interioribus alternis apice reflexis*, *exterioribus erectis*, Stamina *ſimplicia*. Antheris *obſcuriuſculis*. Antecedenti ſimillima planta.

13. ALLIUM ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus planis, filamentis tricuſpidatis.

Porrum ſcapo nudo ancipiti antequam floruerit nutante, foliis enſiformibus, hinc paullo convexioribus. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 55. *t.* 18.

Habitat in *Sibiria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, bulbus.
Deſcr. Folia *fere Narciſſi*, *ſed digitum tranſverſum lata*, *pedem fere longa*, *obtuſa*, *glabra*, *plana*, *ancipitia*. Caulis *anceps*, *acutus*, *utrinque lateribus valde convexis*, *ante floreſcentiam a medio deorſum valde arcuatus*, nutans, ſed *erigitur ſub floreſcentia*. Spatha *ſubrotunda*: Umbella *ſubgloboſa*. Corolla *patens*, *nivea*: *petalis concavis*, *obtuſis*, Stamina *erecta*, *alba*, *quorum tria exteriora ſubulata*, *extrorſum flexa*, *tria vero interiora erectiora*, *inferne lata*, *acute trifida*. Antheræ *pallidæ*. Stylus *brevis*.

LILIUM.

1. LILIUM floribus ſparſis oblongis, corollis campanulatis: intus glabris. *Hort cliff.* 120.

Lilium album, flore erecto, vulgare. *Bauh. pin.* 76. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 67. *f.* 1.
Lilium candidum. *Dod. pempt.* 197.
Pharm. Lilii albi Radix, Flores, *Conſerva*, *Aqua*, *Oleum*, Antheræ.
Svecis Hvita Liljor.

Habitat in ſubhumidis *Syriæ*,
Hoſpitatur *ſub dio*, ſquamato-bulboſa.

2. LILIUM foliis ſparſis, corollis campanulatis erectis: intus ſcabris. *Hort. cliff.* 120. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 41.

Lilium purpureo-croceum majus. *Bauh. pin.* 76.
Lilium purpureum majus. *Dod. pemt.* 198.
β. Lilium bulbiferum. 1. 2. 3. 4. *Bauh. pin.* 77.
Lilium bulbiferum minus. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 171. *f.* 3.

Lilium

Lilium cruentum ſecundum caulem bulbulis donatum. *Lob. ic.* 166.
Svecis Brandgula Liljor.
Habitat in arvis *Italiæ*, *Auſtriæ*, *Stiriæ*, *Sibiriæ*, Hoſpitatur *ſub dio*, ſquamato-bulboſa.

3. LILIUM foliis ſparſis, floribus reflexis, corollis revolutis *Hort. cliff.* 120.
Lilium, floribus reflexis, anguſtifolium. *Bauh. pin.* 78.
Lirium radice (*tunicata*), foliis ſparſis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 42.
Lilium reflexum montanum humile anguſtifolium aurantium. *Amm. ruth.* 105.
Lilium rubrum præcox. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 133. *opt.*
Hemerocallis calcedonica purpuro-ſanguinea polyanthos. *Lob. ic.* 169.
Habitat in *Aſia*, in *Tataria* inter montes *Uralenſes*, inque *Dauria*. Hoſpitatur *ſub dio*, ſquamoſo-bulboſa.

4. LILIUM foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 44.
Lilium, floribus reflexis, latifolium. *Bauh. pin.* 77.
Lilium ſylveſtre. *Dod. pempt.* 201.
β. Lilium floribus reflexis montanum, flore albicante. *Tournef. inſt.* 370.
Svecis Kroll-Liljor.
Habitat in umbroſis *Auſtriæ*, *Hungariæ*, *Harcyniæ*, *Helvetiæ*. Hoſpitatur *ſub dio*, ſquamato-bulboſa.

FRITILARIA.

1. FRITILLARIA foliis omnibus alternis.
Fritillaria e florum alis florens. *Hort. cliff.* 119.
Fritillaria præcox purpurea variegata. *Bauh. pin.* 64.
Meleagris. *Dod. pempt.* 233. *Renealm. ſpec.* 147. *t.* 146.
β. Fritillaria alba variegata. *Bauh. pin.* 64.
γ. Fritillaria alba præcox. *Bauh. pin.* 64.
Habitat in *Pyrenæis*, *Aquitania*, ad *Iberim* flumen. Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.
Obſ. *Hæc in prato Regio Upſalienſi copioſe & ſponte provenit hodie.*

2. FRITILLARIA foliis infimis oppoſitis.
Fritillaria flore minore. *Bauh. pin.* 64.

Frillaria flore minore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 256. *poſth.* 10.
Habitat in *Pyrenæis.*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.
Obſ. *Eſt hæc polyanthos.* Folia 2. *ſ.* 3. *ſ.* 4. *inferiora ſunt oppoſita.*

3. FRITILLARIA racemo nudiuſculo, foliis obliquis.
Fritillaria racemo nudo terminante. *Hort. cliff.* 119.
Lilium perſicum. *Bauh. pin.* 79.
Lilium ſuſianum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 130.
Habitat in *Oriente*, a *Suſis* enim in *Europam venit.*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

4. FRITILLARIA racemo comoſo: inferne nudo.
Petilium foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 118.
Lilium ſ. Corona imperialis. *Bauh. pin.* 79.
Corona imperialis. *Dod. pempt.* 202.
Svecis Käjſar-krona.
Habitat in *Perſia*, unde *Conſtantinopolin*, & inde in *Europam* venit.
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

TULIPA.

* TULIPA ſcapo triphyllo, foliis ovato-lanceolatis.
Tulipa. *Hort. cliff.* 118. *Fl. ſvec.* 262.
β. Tulipæ totum genus. *Bauh. pin.* 57. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 138-151. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 98-112. *f.* 40. *ſimul.*
γ. Tulipa flore luteo-rubro variegato, petalis laciniatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 108. *f.* 1.
Monſtroſa *hæc Hortulanis audit varietas.*
Svecis. Tulpan.
Habitat in *Cappadocia*, unde in *Europam* venit 1559, nunc ſpontanea in plerisque regionibus.
Hoſpitatur *ſub dio*, blubosa.
Obſ. *Varietates hujus pulcherrimas numeroſiſſimasque enumerare ſupervacaneum eſſet.*

ERYTHRONIUM.

1. ERYTHRNIUM. *Lob. hiſt.* 105. *Hort. cliff.* 119. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 119.
Dens canis latiore rotundioreque folio. *Bauh. pin.* 87.
Dens canis purpuraſcente flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 266.
Habitat in montibus *Liguriæ*, *Allobrogum*, *Styriæ*, *Tatariæ*,
Hoſpitatur in *Frigidario* & *ſub dio*, *bulboſa.*

ASPHO-

ASPHODELUS.

1. ASPHODELUS caule ſimplici folioſo, foliis trigonis fiſtuloſis. *Hort. cliff.* 127.
Aſphodelus luteus flore & radice. *Bauh. pin.* 28.
Aſphodelus luteus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 632.
Aſphodelus femina. *Cam. epit.* 372.
Habitat in *Sicilia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. ASPHODELUS caule nudo ramoſo, foliis ſtrictis ſubulatis ſtriatis fiſtuloſis.
Aſphodelus caule nudo, foliis ſtrictis. *Roy. lugdb.* 34.
Aſphodelus foliis fiſtuloſis. *Bauh. pin.* 29.
Aſphodelus minor. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 197.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Gallo-provincia*, *Hiſpania*, *Creta.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.
Deſcr. Caulis *teres*, *ramoſus*, *lævis*. Folia *ſcabriuſcula*, *in aliis teretia, aliis introrſum ſ. ſuperiori latere planiuſcula.* Stamina *oblonga*, *gibba: alterna breviora.* *Valvulæ* Nectarii *ut in præcedenti* & Campanulis.

ANTHERICUM.

1. ANTHERICUM foliis carnoſo-ſubulatis planiuſculis.
Bulbine acaulis. *Hort. cliff.* 123.
Phalangium capenſe ſeſſile, foliis aloëformibus pulpoſis. *Dill. elth.* 312. *t.* 232. *f.* 300.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, æſtivat in *Apricario*, ſempervirens, ſucculenta.

2. ANTHERICUM foliis carnoſo-ſubulatis ſemi-teretibus ſtriatis.
Habitat forte in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, ſucculenta, ſempervirens.
Obſ. Folia *e radice numeroſa, fere pedalia, ſubulata, ſupra planiuſcula, anguſto acuminata.* Scapus *foliis decuplo craſſior, undique floribus luteis, ſtaminibus barbatis inſtructis, imbricatis.* Facies *omnino Aſphodeli.*

3. ANTHERICUM foliis carnoſo-ſubulatis teretibus.
Habitat in *Æthiopia?*
Hoſpitatur in *Tepidario*, æſtivat in *Apricario*, ſempervirens ſucculenta.
Obſ. *Plantæ præcedenti ſimillima, ſed primo anno florens caule & foliis teneririmis ut in Cepa ſectili, Differentia alias nulla.*

4. ANTHERICUM foliis planis, caule ſimpliciſſimo.
Phalangium parvo flore, non ramoſum. *Bauh. pin.* 29.
Moriſ. hiſt. 2. *p.* 333. *ſ.* 4. *t.* 1. *f.* 10.

 Phalan-

Phalangium pulchrius non ramoſum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 635. *Raj. hiſt.* 1193.

Phalangium non ramoſum. *Dod. pempt.* 106. *Lob. ic.* 48. *Dalech. hiſt.* 551.

Habitat in *Pyrenæis.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

SCILLA.

1. SCILLA radice tunicata. *Hort. cliff.* 122.

Scilla vulgaris, radice rubra. *Bauh. pin.* 73.

Scilla hiſpanica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 171.

Pharm. SCILLÆ Radix, *Acetum.*

Habitat in littoribus arenoſis *Hiſpaniæ* & *Luſitaniæ.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, bulboſa †.

ORNITHOGALUM.

1. ORNITHOGALUM fructificationibus ſecundis pendulis, filamentibus omnibus latis emarginatis. *Hort. cliff.* 124.

Ornithogalum exoticum, magno flore minore innato. *Bauh. pin.* 70. *Rudb. elyſ.* 137. *f.* 12.

Ornithogalum neapolitanum. *Cluſ. app.* 2. *p.* 9. *t.* 9.

Habitat in agro *Neapolitano.*
Hoſpitatur *ſub dio*, bulboſa.

2. ORNITHOGALUM floribus corymboſis, pedunculis ſcapum ſuperantibus, filamentis alternis emarginatis. *Hort. cliff.* 124.

Ornithogalum umbellatum medium anguſtifolium. *Bauh. pin.* 70.

Bulbus leucanthemos minor. *Dod. pempt.* 221.

Eliocarmos. *Renealm. ſpec.* 88. *t.* 87.

Chondrilla cyanoides lutea, coronopi folio non diviſo. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 21. *t.* 7.
Stoebe plantaginis folio. *Alp. exot.* 287. *t.* 286.
Habitat in *Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

ELEPHANTOPUS.

1. ELEPHANTOPUS foliis ovatis ſerratis. *Hort. cliff.* 390.
Elephantopus conyzæ folio. *Dill. elth.* 126. *t.* 106. *f.* 126.
Bidens fruteſcens, foliis oblongis utrinque acuminatis venoſis & lanuginoſis. *Breyn. ic.* 32. *t.* 24.
Scabioſæ affinis anomala ſylvatica, enulæ folio. *Sloan. flor.* 127. *hiſt.* 1. *p.* 263. *t.* 156. *f.* 1. 2.
Echinophoræ indicæ affinis, ſemine & floribus in capitulis lævibus, in caulium cymis, *Pluk. alm.* 132. *t.* 388. *f.* 6.
Ana-ſchovadi. *Rheed. mal.* 10. *p.* 13. *t.* 7.

Habitat in *Malabaria*, *Jamaica*.
Hoſpitatur in *Caldario*, & *Tepidario*, perennis.
Obſ. Corolla *ſemper apud nos alba; planta nec villoſa nec glabra; folia nec ovata, nec oblonga, ſed medio modo ſe habentia.*

ECHINOPS.

1. ECHINOPS floribus capitatis, calycibus unifloris. *Hort. cliff.* 390.
   Echinopus major. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 69. *Tournef. inſt.* 463.
   Carduus ſphærocephalus latifolius vulgaris. *Bauh. pin.* 381.
   Chalcejos. *Dalech. hiſt.* 1480.
   Habitat in *Italia*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

2. ECHINOPS caule ſubunifloro.
   Echinopus minor. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 72.
   Carduus ſphærocephalus cæruleus minor. *Bauh. pin.* 381. *Magn. monſp.* 50.
   Retro floribus cæruleis. *Lob. ic.* 2. *p.* 8.
   Crocodylium monſpelienſium. *Dalech. hiſt.* 1476.
   ? Echinopus græcus tenuiſſime diviſus & lanuginoſus, capite minori cæruleo. *Tournef. cor.* 34. *an?*
   Habitat *Monſpelii*, *Narbonæ*, inque *Sibiria*, accepi e *Ruſſia*.
   Deſc. Radix *perennis*. Folia *pinnatifida, dentata, ſupra viridia, nitida, infra tomentoſa, vaſis nullo modo pilis patulis aut erectis inſtructa, ſed æque tomentoſa ac reliqua inferior ſuperficies folii, multoque tenerius diſſecta quam in præcedente ſpecie.* Caulis *ſimplex, ſemipedalis, abſque ramis, tomentoſus, non ſtriatus at exaratus purpureis ſtriis, superne verſus capitulum omnino nudus. Capitulum globoſum, paulo minus quam præcedentis, foliolis calycinis magis ſubulatis glabris, minimeque, uti præcedentis, hiſpidis ſeu pilis adſperſis.*

SERATULA.

1. SERRATULA foliis lanceolatis integris amplexicaulibus: ſerraturis ſpinoſo ſetaceis.
   Habitat in *Sibiria*, *Helvetia*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
   Obſ. *Planta ita refert Serratulam, Fl. ſvec.* 622. *ut facile pro varietate habuerem, ſed præcipue difert.* 1. *caule altiore & duplo craſſiore magisque ſtriato.* 2. *radice minus repente.* 3. *floribus quadruplo majoribus, ſed omnibus partibus ſimilibus, etiam calycis ſquamis dorſo verſus apicem purpureo carinatis.* 4. *corollulis erectis nec recurvatis & reflexis.* 5. *foliis margine integris æqualiter ſerratis, ſerraturis ut in altera ſpinoſo-ſetaceis, nec ullo modo dentatis aut ſinuatis.* 6. *foliis ſemiamplexicaulibus, nec in petiolos deſinentibus. Variat flore albo. Burſerus hanc eandem in Helvetia* *repe-*

reperit, & pro Cirſio ſingularibus capitulis parvis Caſp. Bauh. habuit.

* SERRATULA foliis pinnatifidis: lacinia terminali maxima. *Flor. ſvec.* 660.

β. Serratula foliis laciniatis, capitulis magnis lanuginoſis. *Amm. rhut.* 136. *n.* 181.

Habitat in *Sibiria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. *Differt β a Svecica caule magis ramoſo altiore, Foliis majoribus magnitudine Sambuci, calycibus ſubrotundis ſubvilloſis.*

ONOPORDUM.

1. ONOPORDUM calycibus imbricatis.

Carduus tomentoſus, acanthi folio, altiſſimus luſitanicus. *Tournef. inſt.* 441.

Acanthium altiſſimum luſitanicum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 153.

Habitat in *Luſitania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.
Obſ. *Differt a vulgari. Flor. ſvec. 653. foliis magis tomentoſis albis, minus ramoſo caule & Calycis ſquamis non ſqvarroſis.*

CARDUUS.

1. CARDUUS foliis ſeſſilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calycibus globoſis.

Carduus foliis ſinuatis decurrentibus: denticulis ſuperficieque ſpinoſis, calycibus lanigeris. *Roy. lugdb.* 133. *Guett. flor.* 2. *p.* 326.

Carduus capite rotundo tomentoſo. *Bauh. pin.* 382.

Carduus eriocephalos. *Dod pempt.* 723.

Carduus tomentoſus Corona Fratrum herbariorum. *Lob. ic.* 2. *t.* 9.

Habitat in *Anglia, Gallia, Hiſpania, Luſitania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis, cicur.
Obſ. Caulis *bipedalis, ramoſus*: Radix *biennis, altero anno florens.* Calyx *magnitudine ovi, ſquamarum apicibus linearibus, horizontalibus, integris, lana intertextis.* Folia *pinnato denticulata, alternis dentibus erectis, alternis reflexis.*
Carduus foliis ſemidecurrentibus duplicato pinnatifidis laciniis alternis erectis, calycibus ovatis. Carduus tomentoſus pyrenaicus, floribus purpureis glomeratis. *Tournef. inſt. 441.? ex prioris degeneris ſemina qvotannis in horto excreſcit.* Facies & folia *exacte præcedentis, ſed* calyces *quadruplo minores ſubfuſci* & folia *ſemidecurrentia, qvod in præcedenti non obtinet; vix tamen has duas pro ſpecie diſtinctis haberem, antequam certius innotuerit num altera proveniat e ſeminibus radii aut diſci, vel ex copula hybrida.*

2. CARDUUS ſquamis calycinis margine apiceque ſpinoſis. *Hort. cliff.* 393.
Carduus albis maculis notatus vulgaris. *Bauh. pin.* 381.
Carduus leucographus. *Dod. pempt.* 722.
Silybum albis maculis notatum, flore purpureo. *Vaill. act.* 1718. *p.* 219.
Pharm. CARDUI MARIÆ Herba, *Aqua*, Semina.
Svecis Sempertin.
Habitat in *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ* ruderatis & ageribus.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur.

3. CARDUUS foliis amplexicaulibus angulis ſpinoſis, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus: foliolis aliquot obvallatis. *Hort. cliff.* 393.
Carduus albis maculis notatus exoticus. *Bauh. pin.* 381.
Carduus lacteus ſyriacus. *Cam. hort.* 35. *t.* 10.
Polyacantha major, lanceolato folio, flore purpureo. *Vaill. act.* 1718. *p.* 199.
β. Cnicus albis maculis notatus, flore albo. *Tournef. inſt.* 450.
Habitat in *Creta* & *Hiſpania*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Radix *fibroſa*. Caulis *bipedalis*, *parum ramoſus*. Folia *inferiora obverſe ovata*, *ſinuata angulis ſpinoſis*, *ſuperiora ſinuato-dentata*, *dentibus alternis erectis*, *alternis reflexis validioribus*. Folia 3 *vel* 4 *calyces circumſtant*, *longia*, *pinnato dentata*, *erectiuſcula*; *vaſa foliorum alba*.

4. CARDUUS foliis lanceolatis dentatis: margine ſpinulis inæqualibus ciliatis, caule lævi. *Hort. cliff.* 392.
Cirſium anglicum. *Raj. hiſt.* 306.
Cirſium anglicum, radice hellebori nigri modo fibroſa, folio longo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 45.
Habitat in *Anglia*, & *Sibiria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. *Differt a* Cirſio pratenſi *Fl. Svec.* 657. Foliis *omnibus integris*, *ſubtus albis*, *licet non niveis*, *margine magis inæqualiter ſerrato & ciliato*. Caule *altiore magis paniculato*, *pilis patentibus adſperſo*.

CNICUS.

1. CNICUS caule diffuſo, foliis dentato-ſinuatis. *Hort. cliff.* 395.
Cnicus ſylveſtris hirſutus ſive Carduus Benedictus. *Bauh. pin.* 378.
Carduus Benedictus. *Cam. epit.* 562. *Pharm.*

Pharm. Cardui benedicti Herba, *Conſerva*, *Aqua*, *Acetum*, Flores, Semina.

Habitat in *Chio* & *Lemno.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. CNICUS foliis cordatis: petiolis criſpis ſpinoſis amplexicaulibus, floribus nutantibus.

Habitat in *Sibiria.*

Hoſpitatur *ſub dio*, biennis forte.

Obſ. Radix *perennis ſæpius.* Folia *cordata*, *Arctii*, *venoſa*, *ſubtus ſubtomentoſa*, *alba*, *denticulata*, *inerme ſpinuloſa.* Pedunculi *alati*, *inferne amplexicaules latiores*, *ſpinis pungentibus dentati.* Caulis *humanæ altitudinis*, *ſtriatus*, *cinereus ſtriis concavis purpureis*; *ſuperne paniculatus.* Flores *magni*, *nutantes.* Calyx *imbricatus*, *ſquamis reflexis infimis ſubulatis*, *ſummis membranaceo cochleatis*; *intermediis membranaceo cochleatis apice ſubulatis.* Floſculi *æquales lutei cum* ſtaminibus & piſtillo *longioribus.*

CYNARA.

1. CYNARA foliis pinnatis: laciniis ſerratis.

α. Cinara hortenſis aculeata. *Bauh. pin.* 383.
Scolymus dioſcoridis. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 153.
Svecis Kron-årtſkåckor.

β. Cinara ſpinoſa, cujus pediculi eſitantur. *Bauh. pin.* 383.
Scolymus aculeatus. *Tabern. hiſt.* 1075.
Gallis Chardon.

Habitat in lætis agris *Galliæ Narbonenſis*, *Italiæ*, *Siciliæ.*

Hoſpitatur *ſub dio* vel in *Frigidario*, perennis.

CARTHAMUS.

1. CARTHAMUS foliis ovatis integris ſerrato-aculeatis. *Hort. cliff.* 394.

Cnicus ſativus ſive Carthamus afficinarum. *Bauh. pin.* 378.

Cnicus vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 152.

Pharm. Cartami Flores, Semina.

Svecis Saffler.

Habitat in *Ægypto*, vix maturans Semina.

Hoſpitatur *ſub dio*, absque potu, annua.

2. CARTHAMUS caule piloſo ſuperne lanato, foliis inferioribus pinnatifidis: ſummis amplexicaulibus dentatis.

Carthamus foliis amplexicaulibus acuminato-dentatis. *Hort. cliff.* 394.

Atrac-

Atractylis lutea. *Bauh. pin.* 379.
Atractylis theophraſti & dioſcoridis, ſucco ſangvineo. *Colum. ecphr.* 1. *p.* 19. *t.* 23.
Atractylis. *Dod. pempt.* 736.
Habitat in *Narbona*, *Italia*, *Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, florens, ſed ſemina non perficiens.

CARLINA.

1. CARLINA caule unifloro. *Hort. cliff.* 395.
Carlina acaulos, magno flore albo. *Bauh. pin.* 380.
Chamæleon albus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 155. *Cam. epit.* 428.
Pharm. Carlinæ Radix.
Habitat in montoſis *Italiæ*, *Germaniæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, rarius & in *Frigidario.*
Obſ. *Si planta in* olla *confertim ſervetur caulis ſit pedalis, at in aprico vix manifeſtus.*

SANTOLINA.

1. SANTOLINA foliis quadrifariam dentatis, pedunculis unifloris. *Hort. cliff.* 397.
Abrotanum fœmina vulgare. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 341.
Abrotanum fæmina, foliis teretibus. *Bauh. pin.* 136.
ChamæCypariſſus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 133.
Pharm. Santolinæ Herba.
Habitat in ſalebroſis *Galliæ Narbonenſis*, *Hiſpaniæ*, *Hetruriæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, fruticulus.

2. SANTOLINA corymbo ſimplici, foliis trifidis. *Hort. cliff.* 397.
Coma aurea africana fruticans, foliis crithmi marini. *Comm. hort.* 2. *p.* 99. *t.* 50.
Jacobæa æthiopica, foliis abrotani trifidis, ſummo caule capitulis parvis glomeratis. *Pluk. alm.* 194. *t.* 302. *f.* 7.
Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

CHRYSOCOMA.

1. CHRYSOCOMA fruticoſa, foliis linearibus dorſo decurrentibus. *Hort. cliff.* 397.
Coma aurea africana fruticans, foliis linariæ anguſtis, major. *Comm. hort.* 2. *p.* 89. *t.* 45.

Cony-

Conyza æthiopica, flore bullato aureo, pinaſtri brevioribus foliis læte viridibus. *Pluk. alm.* 400. *t.* 327. *f.* 2.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*

Hoſpitatur in *Tepidario*, ſuffrutex.

AGERATUM.

1. AGERATUM. *Hort. cliff.* 396.

Carelia americana, lamii folio. *Pont. diſſ.* 184.

Eupatorium humile africanum, ſenecionis facie, folio lamii. *Herm. parad.* 161. *t.* 161.

Conyza americana, lamii folio, flore albo. *Tournef. inſt.* 455.

Habitat in *America.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua, cicur.

EUPATORIUM.

1. EUPATORIUM caule volubili, foliis cordatis dentatis acutis. *Hort. cliff.* 396. *Gron. virg.* 93.

Eupatorium americanum ſcandens, haſtato magis acuminato folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 401.

Clematitis novum genus, cucumeris folio, virginianum. *Pluk. alm.* 109. *t.* 163. *f.* 3.

Habitat in aquoſis *Virginiæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

Obſ. *Floſculi huic 4 intra calycem communem.*

2. EUPATORIUM foliis lanceolatis nervoſis: inferioribus extimo ſubſerratis, cauſe ſuffruticoſo.

Eupatorium virginianum, longiſſimis & anguſtiſſimis foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 97. *Raj. ſuppl.* 187.

Habitat in *Penſylvania*, Paſtor Dylander miſit.

Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

Deſc. Radix *perennis.* Caules *erecti humanæ altitudinis*, *ſublignoſi (ſed pereunt quotannis)*, *teretes*, *purpuraſcentes.* Folia *lanceolata*, *internodiis triplo longiora*, *ſubtus venoſa*, *trinervia*, *verſus apicem ſubdentata.* Corymbus *florum albus ſolis* antheris *fuſco purpuraſcentibus. In hac ſpecie* floſculi *in ſingulo flore 5, ut in* Eupatorio *Flor. ſvec. 65*, *non corollis incarnatis uti in ſvecica*, *ſed albis*, antheris *ſubviolaceis.*

3. EUPATORIUM foliis connatis tomentoſis. *Hort. cliff.* 396. *Gron. virg.* 177.

Eupatorium virginianum, ſalviæ foliis longiſſimis acuminatis, perfoliatum. *Pluk. alm.* 140. *t.* 87. *f.* 6. *bona.*

Eupa-

Eupatorium virginianum, mucronatis rugoſis & longiſſimis foliis, perfoliatum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 97.
Habitat in *Virginiæ* aquoſis.
Hoſpitatur in *Frigidario*, & *ſub dio*.
Obſ. Floſculi *in ſingulo flore 15 ſæpius*, *albi antheris purpuraſcentibus*.

4. EUPATORIUM foliis ſeſſilibus amplexicaulibus diſtinctis lanceolatis.

Eupatorium virginianum, flore albo, folio menthæ anguſtioribus ſeſſilibus minutim dentatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 98. *n.* 13. *Raj. ſuppl.* 188.
Habitat in *Virginia. Clayt. 820.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario.*
Obſc. Floſculi in *ſingulo flore 5*, *albi antheris ſubviolaceis.*

5. EUPATORIUM foliis ovatis ſerratis petiolatis, caule glabro.

Eupatorium caule erecto, foliis cordatis ſerratis. *Hort. cliff.* 396. *Gron. virg.* 93.
Eupatorium ſcrophulariæ foliis glabris, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p* 98. *ſ.* 7. *t.* 18. *f.* 11.
Valeriana urticæ folio, flore albo. *Corn. canad.* 20. *t.* 21.
Habitat in *Canada*, *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, in *Frigidario.*
Obſ. Floſculi *albi una cum antheris*, *numero viginti.*

KLEINIA.

1. KLEINIA caule herbaceo, foliis haſtato-ſagittatis denticulatis, petiolis ſuperne dilatatis.

Porophyllum foliis deltoidibus angulatis. *Gron. virg.* 94.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Frigidario* & *Tepidario*, perennis.
Deſc. Radix *perennis.* Caulis *humanæ altitudinis*, *ſtriatus*, *annuus*, *ſimpliciſſimus.* Folia *ſagittata*, *interdum parum haſtata*, *longa*, *glabra*, *venoſa*, *margine denticulata ſeu ſerrata*, *petiolis ſuperne latiora ſeu folia per petiolos decurrentia*, *ſubtus glabra*, *non glauca.* Corymbus *ramos terminans floribus albis. Ex America plantam habemus*, *cujus* folia *in petiolum deſinunt magis haſtata. Planta ſicca ſuaviſſime olet. In hac ſpecie* Calyx *cingitur involucro ſeu foliolis 4, 5, vel 6 linearibus*, *patulis.* Corollulæ *niveæ*, antheræ *flavæ*, *Styli bifidi*, *incarnati*, *obtuſi*, *canalicalati.*

TANACETUM.

*. TANACETUM foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis inciſis ſerratis. *Hort. cliff.* 398. *Fl. ſvec.* 666.

β. Tanacetum foliis criſpis. *Bauh. pin.* 132.
Tanacetum criſpum. *Dod. pempt.* 36.

Pharm.

Pharm. Tanaceti Herba, *Aqua*, Oleum.

γ. Tanacetum foliis vulgaris Tanaceti minoribus & tenuioribus, grati odoris. *Amm. rhut.* 147. *p.* 205.

Habitat in *Europa* et in *Sibiria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

2. TANACETUM foliis ovatis integris ſerratis. *Hort. cliff.* 398.
Mentha hortenſis corymbifera. *Bauh. pin.* 226.
Balſamita major. *Dod. pempt.* 295.
Pharm. Balsamitæ Herba.
Svecis Svänſk Salvia.

Habitat in ſqualidis *Narbonæ* & *Hetruriæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

BIDENS.

1. BIDENS corona ſeminum retrorſum aculeata, ſeminibus undique patentibus. *Hort. cliff.* 399.
Bidens latifolia hirſutior, ſemine anguſtiore radiato. *Dill. elth.* 51. *t.* 3. *f.* 51.

Habitat in *America*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Caldario*, annua.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

XERANTHEMUM.

1. XERANTHEMUM receptaculis paleaceis ſeminum pappo quinque-ſeto. *Hort. cliff.* 400.
Jacea oleæ folio, capitulis ſimplicibus. *Bauh. pin.* 272.
Ptarmica auſtriaca. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 11.

Habitat in campis aridis marginibusque agrorum *Viennæ*, *Florentii*, *Monſpelii*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

GNAPHALIUM.

1. GNAPHALIUM foliis lineari-lanceolatis acuminatis alternis, caule ſuperne ramoſo, corymbis faſtigiatis. *Hort. cliff.* 401.
Gnaphalium latifolium americanum. *Bauh. pin.* 263.
Gnaphalium americanum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 327.

Svecis

Svecis Pårlegrås.
Habitat in *America* ſeptentrionali.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. GNAPHALIUM foliis amplexicaulibus integerrimis acutis ſubtus tomentoſis, caule ramoſo. *Hort. cliff.* 402.
Elichryſum africanum latifolium fœtidum, capitulo argenteo. *Comm. hort.* 2. *p.* 111. *t.* 56.
Conyza africana graveolens, capitulis argenteis. *Pluk. alm.* 117. *t.* 243. *f.* 1.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, biennis.

3. GNAPHALIUM foliis confertis anguſto lanceolatis, caule fruticoſo, corymbo compoſito. *Hort. cliff.* 402.
Elichryſum orientale. *Bauh. pin.* 264. *prodr.* 123.
Elichryſum africanum fruteſcens, anguſtis & longioribus foliis incanis. *Comm. hort.* 2. *p.* 109. *t.* 55.
Habitat in *Africa.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

4. GNAPHALIUM foliis linearibus, caule fruticoſo ramoſo, corymbo compoſito terminali. *Hort. cliff.* 401.
Elichryſum ſylveſtre anguſtifolium, capitulis conglobatis. *Bauh. pin.* 264.
Stœchas citrina. *Dod. pempt.* 268. *Dalech. hiſt.* 779.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Hiſpania* & *Tunis.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, ſuffrutex.

ARTHEMISIA.

1. ARTEMISIA foliis lanceolato linearibus alternis integerrimis. *Hort. cliff.* 403.
Abſinthium edule, lini folio viridi. *Vaill. act.* 1719. *p.* 374.
Abrotanum lini folio acriori & odorato. *Tournef. inſt.* 459.
Dracunculus hortenſis. *Bauh. pin.* 98.
Draco herba. *Dod. pempt.* 709.
Svecis Dragon.
Habitat in *Tataria* & *Sibiria*, Adieleż & deſerta *Coſatorum* & *Donnenſium.*
Hoſpitatur *ſub dio*, locis ſucculentis, perennis.

2. ARTE-

2. ARTEMISIA foliis ramoſiſſimis ſetaceis, caule erecto. *Hort. cliff.* 403.

Abrotanum mas anguſtifolium majus. *Bauh. pin.* 136.

Abrotanum mas. *Dod. pempt.* 21.

Pharm. ABROTANI Herba, *Aqua*, *Cineres.*

Svecis Abrodd.

Habitat in montibus apricis *Capppadociæ*, *Syriæ*, *Galatiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ſuffrutex.

3. ARTEMISIA foliis compoſitis multifidis (ſubtus tomentoſis), floribus ſubrotundis nutantibus: receptaculo nudo. *Hort. cliff.* 404.

Abſinthium ponticum tenuifolium incanum. *Bauh. pin.* 138.

Abſinthium tenuifolium. *Dod. pempt.* 24.

Pharm ABSINTHII PONTICI Herba, *Conſerva.*

Svecis Romerſk malört.

Habitat in incultis *Thraciæ*, *Myſiæ*, *Pannoniæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ſemina non maturans, perennis.

4 ARTEMISIA foliis triplicato pinnatis utrinque glabris, floribus ſubrotundis nutantibus: receptaculo glabro conico.

Abſinthium, tanaceti folio, odoratiſſimum. *Amm. rhut.* 142. *n* 193 *t.* 23 *mala.*

Habitat in montoſis *Sibiriæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, humanæ altitudinis, odore fragrantiſſimo ſuavi.

CONYZA.

1. CONYZA foliis lanceolatis acutis, caule annuo corymboſo. *Hort. cliff.* 404.

Conyza major vulgaris. *Bauh. pin.* 265.

Conyza. *Cam. epit.* 612.

Baccharis monſpelienſium. *Dalech. hiſt.* 917.

Habitat in *Angliæ*, *Germaniæ*, *Belgii*, *Galliæ* ſiccis.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſc. Radix *biennis*. Caules *pedales erecti*, ſuperne paniculati; *purpuraſcentes villo albo.* Folia *ovato oblonga*, *in petiolos deſinentia*, *rugoſa*, *ſerrata*, *patentia, recurva.* Rami *recti*; flores terminales, recti, calyce ſquarroſo.

CARPESIUM.

1. CARPESIUM. *Act. upſ.* 1741. *p.* 81.

Conyzoides flore flaveſcente cernuo. *Tournef. act.* 1706.

Aſter cernuus. *Col. ecphr.* 1. *p.* 251. *t.* 252. *Raj. hiſt.* 338.
Aſter atticus, foliis circa florem mollibus. *Bauh. pin.* 266.
Chryſanthemum aſteris facie, foliis circa florem mollibus. *Herm. lugdb.* 144.
Chryſanthemum conyzoides cernuum, foliis circa florem mollibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 18. *ſ.* 6. *t.* 5. *f.* 26.
Habitat in *Italia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.
Obſ. Pedunculi *apice incraſſati; flos ante floreſcentiam inflexus cum rigiditate, calycis folia reflexa.*

ERIGERON.

1. ERIGERON floribus panniculatis. *Hort. cliff.* 407. *Gron. virg.* 96.
Conyzella. *Dill. gen.* 142. *giſſ.* 160.
Conyza canadenſis annua acris alba, linariæ folio. *Bocc. ſicc.* 85. *t.* 46.
Conyza annua acris alba elatior, linariæ foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 115. *ſ.* 11. *t.* 20. *f.* 29.
Virga aurea virginiana annua. *Zan. hiſt.* 205. *Tournef. inſt.* 484.
Habitat in *Canada*, *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, cicur luxurians.

2. ERIGERON pedunculis unifloris lateralibus, calycibus ſquarroſis.
Aſter foliis ſerratis, pedunculis ſimplicibus lateralibus unifloris longitudine folii, folioſis. *Hort. cliff.* 409.
Virga aurea major (& minor) foliis glutinoſis & graveolentibus. *Tournef. inſt.* 484. *Vaill. act.* 1720. *p.* 398.
Conyza mas theophraſti, major dioſcoridis. *Bauh. pin.* 265.
Conyza major. *Dod. pempt.* 51.
Habitat ad vias & agros *Italiæ*, *Hiſpaniæ*, *Narbonæ.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, biennis.
Obſ. Corollæ *primum luteæ, dein purpuraſcentes*, calyces *oblongi ſunt.*

3. ERIGERON foliis inferioribus dentato-laciniatis, ſuperioribus integris. *Hort. cliff.* 407.
Senecio bonarienſis purpuraſcens, foliis imis coronopi. *Dill. elth.* 344. *t.* 257. *f.* 334.

Habi-

Habitat in *America*.
Hoſpitatur ubique, nimis ſeſe multiplicans, annua.

4. ERIGERON foliis lanceolato ovatis villoſis ſerraturis apice cartilagineis.

Baccharis foliis ovato-lanceolatis ſerratis, caule herbaceo. *Gron. virg. 96.*

Habitat in *Virginia*.
Hoſpitatur in *Caldario*, & *Tepidario*, annua.
Obſ. *Herba odore camphorato ſuaveolens.*

TUSSILAGO.

1. TUSSILAGO ſcapo unifloro, calyce clauſo. *Tab.* Anandria. *Turſen. anand. 14. t. 1.*

Habitat in ſucculentis umbroſis *Sibiriæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Deſcriptionem *dedi in diſſ. acad. de* Anandria. *Upſal. 1745. 4to, cum figura; Planta ſub dio profert* caulem *fere pedalem, capitulo ſive* Calyce *globoſo clauſo, uti Ficus, in cujus fundo* floſculi *latitant, nec unquam expanditur* Calyx, *quemadmodum in plantæ figura majore videre eſt. At eadem planta loco* aprico *ſicciori vel in olla aſſervata longe minor evadit, ſed* Folia *promit ſubtus magis tomentoſa & verſus petiolum parum lyrata, tum etiam* ſcapum *minorem exſerit, vix digiti longitudinem excedentem, plane nudum, cum* Calyce *cylindrico: ſquamis lanceolatis, ſubcarinatis, apice purpureis, cujus* Corolla *eſt expanſa facie Bellidis, ex* Radio *longitudine calycis albo:* floſculis Femineis *linearibus trifidis vel ſæpe quadripartitis ad baſin, laciniis linearibus æqualibus,* ſtigmate *ſimplici.* Diſcus *parvus ex corollulis campanulatis albis quinqueſidis acutis recurvis.* Antheræ *albido flaveſcentes breviſſimæ.* Stylus *flore longior: ſtigmate obtuſo bifido uti in figura minore delineatur, qualem plantam etiam inter ſiccas e Sibiria allatas a Clariſſ. D. Gmelino vidi.*

SOLIDAGO.

1. SOLIDAGO paniculato-corymboſa, racemis reflexis, floribus confertis adſcendentibus. (*Hort. cliff. 409. Gron. virg. 97.*) foliis trinerviis ſubſerrato ſcabris.

Virga aurea anguſtifolia, panicula ſpecioſa, canadenſis. *Pluk. alm. 387. t. 235. f. 2.*

Habitat in *Virginia*, *Canada*.
Hoſpitatur *ſub dio*, omnes hyemes ſpernens, perennis.

2. SOLIDAGO paniculato-corymboſa, racemis reflexis, floribus adſcendentibus, foliis enerviis integerrimis.

Virga aurea altiſſima ſerotina, panicula ſpecioſa patula. *Martyn. hiſt. 14. t. 14.*

 Habi-

Habitat in *Malandia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. *Præcedenti valde affinis a qua differt:* 1. Foliis *craſſioribus*, *margine vix vel parum ſcabris*, *ſuperficie vix manifeſte* trinervi. 2. Caule *duplo altiore*, *ſeu quadrupedali.* 3. Tempore *florendi ſeriore*, *ſcilicet octobri.*

SENECIO.

1. SENECIO corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis.

Senecio foliis lanceolatis ſerratis, floralibus pedunculos æquantibus. *Vir. cliff.* 84. *Roy. lugdb.* 163.

Solidago caule ſimplici, corymbo terminatrici, pedunculis partialibus alternis nudis longitudine folii. *Hort. cliff.* 410.

Solidago ſaracenica. *Fuchſ. hiſt.* 728.

Virga aurea anguſtifolia ſerrata. *Bauh. pin.* 268.

Conſolida aurea. *Tabern. hiſt.* 946.

Habitat in ſylvis montanis *Helvetiæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, luxurians, perennis.

2. SENECIO corollis radiantibus, foliis pinnatifidis æqualibus patentiſſimis rachi inferne anguſtata. *Hort. cliff.* 406.

Jacobæa africana fruteſcens, flore amplo purpureo elegantiſſimo, ſenecionis folio. *Volk. norib.* 225. *t.* 225.

Aſter africanus fruteſcens, foliis ſenecionis craſſioribus. *Comm. hort.* 2. *p.* 61. *t.* 31.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Caldario*, raro ſemina maturans, annua apud nos.

3. SENECIO corollis radiantibus planis calyce longioribus integris, foliis pinnatifidis: laciniis lanceolatis diſtantibus.

Jacobæa laciniatis foliis, tanaceti odore. *Dill. m ſ. ſ.*

Habitat in auſtralibus *Europæ?*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

4. SENECIO corollis revolutis, foliis amplexicaulibus;

bus apice trilobis, ſquamis calycinis ſphacelatis laceris.

Jacobæa hiſpanica, ſenecionis folio, flore amplo. *Juſſ. m ſ. ſ*

Habitat in *Hiſpania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *fibroſa.* Caulis *ſpithamæus, erectus, craſſus firmus angulatus, villoſus.* Folia *amplexicauli-oblonga craſſa inciſo-ſerrata apice triloba, ſubvilloſa.* Rami *ex ſummis alis parvi.* Corymbi *arcti terminant* caulem ramosque. Calycis *foliola apice nigra, & eius ſquamæ ad baſin breviſſimæ laceræ apicibus nigris, bine quaſi nigro ciliatæ.* Calyces *craſſi breves ovati.* Pedunculi *lanati.*

5. SENECIO corollis revolutis, foliis ſeſſilibus ſinuatis, calycibus conicis: ſquamis minimis intactis.

Jacobæa ægyptiaca, ſenecionis folio, ſemifloſculis vix conſpicuis. *Vaill. act.* 1720. *p.* 298.

Habitat in *Ægypto.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Facies *Senecionis vulgaris. Fl. ſvec. 690. ſed folia minus diviſa* Pedunculi *longi nudi triſidi. unica vel altera tantum ſquama notati.* Calyces *conici ſtriati non ſphacelati; baſi ſubtus ſquamis aliquot non ſphacelatis.*

6. SENECIO corollis revolutis, foliis amplexicaulibus ſinuatis, ſquamis calycinis brevibus integris ſphacelatis

Jacobæa ægyptiaca, ſenecionis folio, flore minore. *Vaill. act.* 1720. *p.* 298.

Habitat in *Ægypto,*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Facies *ſenecionis vulgaris Fl. ſvec. 690, ſed folia minus diviſa.* Pedunculi *nudi biflori ſquama una alterave notati.* Calycis *folia apice ſphacelata, & ſquamæ baſin cingentes ſimpliciſſimæ ſphacelatæ.*

7. SENECIO corollis revolutis, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, ſquamis calycinis breviſſimis intactis.

Iacobæa hiſpanica minor, petalis breviſſimis. *Dill. m. ſ. ſ.*

Habitat in *Hiſpania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.
Obſ. *Variat ſæpe foliis ſubtus incarnato-glaucis.* Folia *cordato-lanceolata.* Calyces *apice colorati, ſed ſquamæ baſin cingentes ſetaceæ non ſphacelatæ ſunt.* Calyx *pulchre ſtriatus, & parum viſcidus, non vero reliqua plantæ pars.*

8. SENECIO corollis nudis, foliis amplexicaulibus laceris, caule herbaceo erecto.

Senecio foliis lanceolatis amplexicaulibus lævibus acu-

te ſinuatis denticulatis, cauſe herbaceo. *Hort. cliff.* 406.

Senecio americanus altiſſimus, blattariæ vel hieracii folio. *Pluk. alm.* 343. *t.* 226. *f.* 2.

Senecio africanus altiſſimus, blattariæ vel hieracii folio. *Herm. parad.* 226. *t.* 226.

Habitat in *America* ſeptentrionali.
Hoſpitatur in *ollis*, annua †.

ASTER.

1. ASTER foliis lanceolatis: lateribus inferiorum crenatis, radice annua, caule corymboſo, pedunculis nudis. *Hort. cliff.* 409.

Aſter annuus ramoſus albus latifolius canadenſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 122.

Bellis ramoſa umbellifera. *Corn. canad.* 193. *t.* 194.

Habitat in *Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.
Obſ. Radix *annua.* Caulis *angulatus*, *piloſo-ſcaber*, *ſuperne corymboſus*; Calyces *hæmiſphærici cum diſco globoſi pilloſi*, *nec calycis ſquamæ patentes ſunt.*

2. ASTER foliis lanceolato-linearibus medio ſerratis, pedunculis folioſis, caule racemoſo, radice perenni. *Hort. cliff.* 408.

Aſter ſerotinus procerior ramoſus, bellidis ſylveſtris flore. *Tournef. inſt.* 482.

Aſter virginianus ramoſiſſimus ſerotinus, parvis floribus albis tradeſcanti. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 121.

Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, luxuriat, non ſemina perficit, perennis.
Obſ. Radix *vivax.* Caulis *lævis.* Folia *lanceolata*, *lævia*, *pleraque integerrima.*

3. ASTER foliis lanceolatis ſubſerratis ſeſſilibus, caule paniculato, ramulis unifloris ſolitariis. *Hort. cliff.* 408.

Aſter novæ belgiæ latifolius umbellatus, floribus dilute violaceis. *Herm. lugdb.* 66. *t.* 67.

Habitat in *Penſylvania*, *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Deſc. Radix *vivax.* Caulis *teres breviſſimus.* Folia *lanceolata ſeſſilia acuminata*, *acute ſerrata ſed ſerraturis raris.* Flores *paniculati*, *floribus ſolitariis*, *pedunculis foliolis linearibus adſperſis.*

4. ASTER foliis ovatis angulatis dentatis petiolatis, calyce terminali folioſo patente.

Aſter,

Aſter, chenopodii folio, annus, flôre ingenti ſpecioſo. *Dill. elth.* 38. *t.* 34. *f.* 38.

Habitat forte in *China.*

Hoſpitatur in *Caldario*, annua. varians radio albo & violaceo.

Obſerva in Flora ſvecica plantas 694, 695, 696 *eſſe genuinas ſpecies* INULÆ, *nec Aſteris, cum in illis antheræ non modo non caudatæ ſunt, ſed & corollulæ infundibuliformes, nec ut in Aſteribus campanulatæ.*

CHRYSANTHEMUM.

1. CHRYSANTHEMUM foliis pinnatifidis inciſis extrorſum latioribus. *Hort. cliff.* 416.
Chryſanthemum foliis matricariæ. *Bauh. pin.* 134.
Chryſanthemum creticum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 334.
β. Chryſanthemum creticum, flore polypetalo ſive pleno. *Tourneſ. inſt.* 491.
γ. Chryſanthemum flore partim candido partim luteo. *Bauh. pin.* 134.

Habitat in *Creta*, *Sicilia.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

MATRICARIA.

1. MATRICARIA foliis compoſitis planis, foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. *Hort. cliff.* 416.
Matricaria vulgaris ſive ſativa. *Bauh. pin.* 133.
Matricaria. *Dod. pempt.* 35.
β. Matricaria vulgaris & ſativa, florum petalis fiſtuloſis brevioribus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 110.
Matricaria foliis florum fiſtuloſis. *Tourneſ. inſt.* 493.
Pharm. MATRICARIÆ Herba, ▽, ☉; Flores.
Svecis Matram.

Habitat in ruderatis ſepibus & agris *Europæ* auſtralioris.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua cicur.

Obſ. In *hac ſpecie obſervatur floris* plenitudo *corollulis albis fiſtuloſis elongatis, ut in Tagete & Bellide. Datur & varietas ſimplex radio omni deſtituta.*

BUPHTHALMUM.

1. BUPHTHALMUM caulibus ſimpliciſſimis unifloris, foliis pinnato-multifidis. *Hort. cliff.* 414.
Buphthalmum creticum, cotulæ facie, flore luteo & albo. *Breyn. cent.* 150. *t.* 75.
Chamæmelum ſpecioſo flore, radice longa fervida. *Shaw. afric.* 138.

Pyretrum, flore bellidis. *Bauh. pin.* 148.
Pyretrum officinarum. Salivaris. *Lob. ic.* 774.
Pharm. PYRETRI VERI Radix, *Condita.*
Habitat in *Arabia*, *Syria*, *Creta*, *Aprutio*, *Jenæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

2. BUPHTHALMUM caule decompoſito, calycibus ramiferis. *Hort. cliff.* 413. *t.* 24.
Aſtericus annuus trianthophorus, Craſſas arabibus dictus. *Shav. afric.* 58. *t.* 36. *f.* 58.
Habitat in *Arabia.*
Hoſpitatur in *Vaporario*, non ſemper ſemina perficiens, annua.

3. BUPHTHALMUM foliis lanceolatis ſubdenticulatis glabris, calycibus nudis. *Hort. cliff.* 415. *n.* 7.
Aſteroides alpina, ſalicis folio. *Tournef. cor.* 4.
Aſter luteus anguſtifolius. *Bauh. pin.* 266.
Habitat in variis Alpibus *Auſtriæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

4. BUPHTHALMUM calycibus obtuſe foliofis ſeſſilibus in alis ramorum, foliis oblongis obtuſis. *Hort. cliff.* 414. *n.* 8.
Aſteriſcus aquaticus annuus patulus. *Tournef. inſt.* 498.
Chryſanthemum conyzoides luſitanicum. *Breyn. cent.* 157. *t.* 77.
Habitat in *Luſitania*, *Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

5. BUPHTHALMUM calycibus obtuſe foliofis pedunculatis, ramis alternis, foliis cuneiformibus concavis. *Hort. cliff.* 414. *n.* 9.
Aſteriſcus maritimus perennis patulus. *Tournef. inſt.* 498.
Aſter ſupinus lignoſus ſiculus, conyzæ odore. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 161. *t.* 129.
Habitat in *Sicilia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.
Obſ. Folia *radicalia magna, ramoſa, obverſe-ovata, craſſa obtuſa concava, reſpectu caulis maxima.*

6. BUPHTHALMUM calycibus foliofis, foliis lanceolato-ovatis ſerratis trinerviis: baſi hinc anguſtioribus.
Helianthus foliis ovatis acuminatis ſerratis, pedunculis longiſſimis. *Gron. virg.* 179.
Chryſanthemum, ſcrophulariæ folio, americanum. *Pluk. alm.* 99. *t.* 22. *f.* 1.

Chry-

Chryſanthemum canadenſe elatius, virgæ aureæ vel ſcrophulariæ foliis. *Tournef. ſchol.* 199.
Corona ſolis altiſſima, virgæ aureæ foliis. *Tournef. inſt.* 490.
Chryſanthemum virginianum, foliis glabris ſcrophulariæ vulgaris æmulis. *Moriſ hiſt.* 3. *p.* 24. *n.* 73. *Raj. ſuppl.* 211.
Habitat in *Virginia, Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Radix *vivax.* Caulis *teres, 4 à 5 pedum erectus lævis, ad genicula latior.* Folia *ovata acuminata trinervia lævia, convexa venoſa, ſerrata petiolata, oppoſita, baſi per petiolum proprium decurrentia ſed altero latere latius.* Rami *ex alis oppoſiti, inter quos pedunculus longus lævis uniflorus.* Calyx *foliatus foliolis obtuſis.* Radius *floris latus apice obtuſe tridentatus hermaphroditus.*

ACHILLEA.

*. ACHILLEA foliis acutis integris minutiſſime ſerratis. *Hort. cliff.* 412. *Flor. ſvec.* 706.
β. Dracunculus pratenſis, flore pleno. *Bauh. pin.* 98.
Ptarmica vulgaris, pleno flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 12.
Svecis Pytter.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

2. ACHILLEA foliis lanceolatis obtuſis acute ſerratis. *Hort. cliff.* 413.
Ageratum foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 221.
Ageratum ſeptentrionalium. *Lob. ic.* 489.
Pharm. Agerati Herba.
Habitat circa *Monſpelium, Florentiam, Liburnum.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

3. ACHILLEA foliis linearibus pinnatifidis pubeſcentibus: foliolis tripartitis transverſalibus media longiore. *Hort. cliff.* 413.
Millefolium tomentoſum luteum. *Bauh. pin.* 140.
Stratiotes millefolia, flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 330.
Habitat in *Gallia Narbonenſi* & Tataria oroburgenſi, inſulaque Wolgæ.
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario* perennis.

BELLIS.

*. BELLIS ſcapo nudo unifloro. *Hort. cliff.* 418. *Fl. ſvec.* 707.
β. Bellis hortenſis, flore pleno eoque magno vel parvo. *Bauh pin.* 261.

 Bellis

Bellis hortenſis, multiplici flore ſeu Bellides Conſolidæ minores & mediæ, tragi Primula veris. *Lob. ic.* 476.

γ. Bellis hortenſis rubra, flore multiplici fiſtuloſo. *Tourneſ. inſt.* 491.

Svecis Tuſend-ſkiön.

Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, in & *Frigidario*, frutex.

COTULA.

1. COTULA receptaculis fructificationum ſubtus inflatis turbinatis. *Hort. cliff.* 417.

Cotula africana, calyce eleganti cæſio. *Tourneſ. inſt.* 495.
Chamæmelum æthiopicum lanuginoſum. *Breyn. cent.* 148. *t.* 73.

Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. COTULA foliis lanceolato linearibus pinnatifidis amplexicaulibus. *Moehr. E. N. C.* 1742. *vol.* 6. *p.* 298.

Ananthocyclus coronopi folio. *Dill elth.* 27. *t.* 23. *f.* 26.
Chryſanthemum exoticum minus, capite aphyllo, chamæmeli nudi facie. *Breyn. cent.* 156. *t.* 76.

Habitat in *Æthiopia*, nunc in *Friſia*, ubi aquæ per hyemem ſtagnarunt.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

HELENIA.

1. HELENIA foliis decurrentibus. *Hort. cliff.* 418. *Gron. virg.* 101.

Heleniaſtrum folio longiore & anguſtiore. *Vail. act.* 1720. *p.* 406.
Chryſanthemum americanum perenne, caule alato, folio anguſto glabro. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 24. *ſ.* 6. *t.* 6. *f.* 74.
Aſter floridanus aureus, caule alato: ſumma parte brachiato, petalorum apicibus profunde crenatis. *Pluk. amalth.* 43. *t.* 372. *f.* 4.
Aſter luteus alatus. *Cornut. canad.* 62. *t.* 63.

Habitat in *Canada*, *Florida.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

VERBE-

VERBESINA.

1. VERBESINA foliis decurrentibus undulatis obtuſis. *Hort. cliff.* 411.

Cannabina indica, foliis integris, alato caule. *Magn. hort.* 40. *t.* 40.

Chryſanthemum americanum, alato caule &c. *Comm. hort.* 1. *p.* 5. *t.* 3. *Herm. parad.* 125. *t.* 125. *Volk. norib.* 106. *t.* 106.

Habitat in *Curaſſao* aliisque Americes provinciis.
Hoſpitatur in *Caldario*, biennis, perennisque.

SIGESBECKIA.

1. SIGESBECKIA. *Hort. cliff.* 412. *t.* 23.

Bidenti ſimilis, foliis latiſſimis ſerratis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 29. *t.* 52.

Cichorio affinis Lampſana ſinica, menthaſtri foliis, calyce fimbriato hiſpido. *Pluk. amalth.* 58. *t.* 380. *f.* 2.

Habitat juxta pagos *Chinæ*, & *Mediæ*.
Hoſpitatur in *Caldario*, ubi nimis luxuriat & ſe ipſam ſerit, annua.
Obſ. Folia *noctu reflectuntur petiolo tamen rigidiuſculo facto, nec laxitate pendula.* Calycis *exterioris ſeu involucri folia patula, plana primo ſunt, ſed longitudinaliter retorquuntur ad latera, hinc teretia undiquaque & viſcida viſuntur. Totus Calyx hiſpidus eſt pilis patulis apice glanduloſis liquorem viſcidum ſecernentibus; ex his motus ſeminum in manu dependet.*

TAGETES.

1. TAGETES caule ſubdiviſo diffuſo. *Hort. cliff.* 418.

Tanacetum africanum ſeu Flos africanus minor. *Bauh. pin.* 132.

Flos africanus. *Dod. pempt.* 255.

β. Tagetes indicus minor, multiplicato flore. *Tournef. inſt.* 488.

γ. Tagetes minor, flore fulvo maculato. *Dill. elth.* 373. *t.* 279. *f.* 361.

Svecis Sammetsioſor.

Habitat in *Mexico*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. TAGETES caule ſimplici erecto, pedunculis nudis unifloris. *Hort. cliff.* 418.

Tanacetum africanum majus, ſimplici flore. *Bauh. pin.* 133.

Caryo-

Caryophyllus indicus. *Cam epit.* 406.

β. Tagetes indicus, flore ſimplici fiſtuloſo. *Tournef. inſt.* 488.

Caryophyllus mexicanus, fiſtuloſo flore, ſimplex. *Col. ecphr.* 2. *p.* 47. *t.* 46. *f.* 1.

γ. Tagetes indicus, flore fiſtuloſo duplicato. *Tournef. inſt.* 488.

Caryophyllus mexicanus alter polyanthos, fiſtuloſo flore. *Col. ecphr.* 2. *p.* 48. *t.* 46.

δ. Tagetes maximus rectus, flore maximo multiplicato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 100.

Othonna major polyanthos. *Lob. ic.* 713.

Habitat in *Mexico.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

HELIANTHUS.

1. HELIANTHUS radice annua. *Virid. cliff.* 88.

Corona ſolis. *Tabern. ic* 763.

Helenium indicum maximum. *Bauh. pin.* 276.

Herba maxima. *Dod. pempt.* 264.

Chryſis. *Reneal. ſpec.* 84. *t* 83.

β. Corona ſolis maxima, flore pleno aureo. *Boerh. lugdb.* 1. *p* 102.

Svecis Solblomma.

Habitat in *Peru*, *Mexico.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. HELIANTHUS radice tereti inflexa perenni. *Hort. cliff.* 419.

Corona ſolis perennis & vulgaris. *Vaill. act.* 1720. *p.* 432.

Corona ſolis minor, fœmina. *Tabern. ic.* 764.

Helinium indicum ramoſum. *Bauh. pin.* 277.

Habitat in *America.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, non nunquam tamen hyemes ferens *ſub dio*, perennis.

3. HELIANTHUS radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 419.

Corona ſolis, parvo flore, tuberoſa radice. *Tournef. inſt.* 489. Hele-

Helenium indicum tuberoſum. *Bauh. pin.* 277.
Chryſanthemum latifolium braſilianum. *Bauh. prodr.* 70.
Svecis Jord-årtſkåcker.
Habitat in *Canada.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, ſed vix unquam heic floret.

RUDBECKIA.

1. RUDBECKIA foliis compoſitis laciniatis. *Virid. cliff.* 88. *Gron. virg.* 180.
Rudbeckia foliis compoſitis. *Hort. cliff.* 420.
Obeliſcotheca hydrophylli folio: lobis latioribus. *Vaill. act.* 1720. *p.* 426.
Chryſanthemum americanum perenne, foliis diviſis dilutius virentibus, majus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 22. *ſ.* 6. *t.* 6. *f.* 53.
Aconitum helianthemum canadenſe. *Corn. canad.* 178. *t.* 179.
Habitat in *Canada* & *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis, cicur.

2. RUDBECKIA foliis inferioribus trilobis: ſuperibus indiviſis.
Rudbeckia foliis trilobis. *Gron. virg.* 180.
Obeliſcotheca trifido folio. *Vaill. act.* 1720. *p.* 426.
Chryſanthemum cannabinum virginianum hirſutum diſco magno: petalis aureis radiato. *Pluk. alm.* 100. *t.* 22. *f.* 2.
Chryſanthemum annuum majus virginianum, foliis laciniatis & hirſutis, umbone nigricante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 19. *n.* 37.

β. Rudbeckia foliis lanceolato-ovatis alternis indiviſis, petalis radii integris. *Gron. virg.* 181.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, ſed cum ſemina non maturet, periit biennis.
Deſc. Radix *biennis altero anno cauleſcens.* Caulis *hirſutus ramis alternis ramoſiſſimis.* Folia *ſcabra ſerrata: infirma caulis triloba, reliqua ramorum & caulis ſuperioris lanceolata ſeſſilia.* Flores *numeroſi terminales diſco luteo ſed ob paleas purpureo-fuſcas obſcuro; radius luteus. Dum flores erumpunt* Folia *triloba ſ. caulina marceſcunt. altitudo pedis 1 vel 2.*

COREOPSIS.

1. COREOPSIS foliis ternatis.

Rud-

Rudbeckia foliis compoſitis integris. *Roy. lugdb.* 181.
Ceratocephalus virginianus, tripteris foliis lævibus, flore luteo radiato, *Vaill. act.* 1720. *p.* 227.
Chryſanthemum virginianum, folio acutiore lævi trifoliato ſeu anagyridis folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 21. *ſ.* 6. *t.* 3. *f.* 4. *Raj. ſuppl.* 215.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.
Deſc. Radix *vivax*. Caulis *humanæ altitudinis lævis glaber articulatus*. Folia *oppoſita ternata glabra, foliolis lanceolatis ſeſſilibus, introrſum anguſtioribus ad baſin.*

2. COREOPSIS foliis lanceolatis ſerratis alternis petiolis decurrentibus, caule erecto.
Coreopſis foliis ſerratis. *Roy. lugdb.* 181.
Corona ſolis altiſſima, caule alato. *Tournef. inſt.* 462.
Ceratocephaloides altiſſima longifolia. *Vaill. act.* 1720. *p.* 328.
Chryſanthemum virginianum, alato caule, bidens altiſſimum, folio aſpero, flore minore ſerotino. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 25. *ſ.* 6. *t.* 7. *f.* 75. *mala.*
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, & *ſub dio*, perennis.
Obſ. Flores *conferti ad apicem caulis, radius quinqueflorus emarginatus.*

CENTAUREA.

1. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis lanceolatis integerrimis decurrentibus. *Hort cliff.* 422. *n.* 19.
Cyanus montanus latifolius, ſeu Verbaſculum cyanoides. *Bauh. pin.* 273.
Cyanus major. *Dod. pempt.* 251. *Lob. ic.* 548.
Habitat in Alpibus *Helveticis.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis

2. CENTAUREA calycibus ciliatis: ciliis ſetaceis reflexis. *Hort. cliff.* 422. *n* 12.
Jacea latifolia, capite hirſuto. *Bauh. pin.* 271.
Jacea cum ſquamis pinnatis ſeu capite villoſo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 29.
Jacea 4. auſtriaca, villoſo capite. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 7.
Habitat in *Helvetia* & *Auſtria.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis.

3. CEN-

3. CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis pinnatis glabris: foliolis lanceolatis integerrimis.

Jacea flore luteo, folio laciniato ſerrato, calycis ſquamis obtuſis. *Hall. gott.* 79.

Jacea laciniata, flore luteo magno, ſquamis calycum ciliaribus ſplendentibus. *Gerb. tanais.* 172.

Habitat in deſerto ad *Tanaim* circa nova *Pauloſka.*

Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

Deſc. Caules *bipedales duriuſculi ramoſi ſulcati.* Folia *pinnata non decurrentia glabra, foliolis lineari-lanceolatis integerrimis acutis decurrentibus in petiolo: inferiobus minoribus:* Calyces *ſquamis ovatis membranaceis concavis ciliatis luteis.* Corollæ *luteæ.*

4. CENTAUREA calycibus inermibus: ſquamis lineari-ſubulatis, foliis pinnatis ſerratis. *Hort. cliff.* 420. *n.* 1.

Chondrilla foliis laciniatis ſerratis, purpuraſcente flore. *Bauh. pin.* 130.

Centaureum ciliare annuum, foliis laciniatis & ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 131. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 3.

Senecio-Carduus apulus. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 32. *t.* 34.

Crupina belgarum. *Rupp. jen.* 148.

Habitat in *Hetruriæ* & *Galliæ Narbonenſis* editioribus.

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Obſ. Semina *in terra pulchre repunt ejusque rimas intrant.*

5. CENTAUREA calycibus inermibus ſubrotundis glabris: ſquamis ovatis, foliis ſinuatis. *Hort. cliff.* 421.

Cyanus floridus odoratus turcicus ſeu orientalis major, flore luteo. *Tourneſ. inſt.* 441.

Cyanus orientalis major, foliis magis diſſectis, flore luteo ex aleppo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 135. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 9.

β. Cyanus floridus odoratus turcicus, ſeu orientalis major, flore albo. *Tourneſ. inſt.* 441.

γ. Cyanus orientalis major moſchatus, flore purpureo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 135. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 5.

Amberboi flore purpureo odorato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 230.

Habitat in arvis *Conſtantinopolitanis* inque deſerto *Nagaico Tatariæ.*

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

6. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis tomentoſis:

toſis: radicalibus lanceolatis; caulinis pinnati-fidis, caule ſimplici. *Roy. lugdb.* 142.

Jacea montana incana, capite pini. *Bauh. pin.* 272.

Jacea montana, capite magno ſtrobili. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 30.

Chamæleon non aculeatus. *Lob. ic.* 7.

Habitat in ſaxoſis glareoſis *Monſpelii.*
Hoſpitatur in variis locis, vix umquam florens.

7. CENTAUREA calycibus palmato-ſpinoſis: ſetis æqualibus, foliis decurrentibus ſinuatis ſpinuloſis. *Roy. lugdb.* 141.

Jacea cyanoides altera, alato caule. *Herm. parad.* 189. *t.* 189.*

Jacea peregrina napifolia, echinatis capitulis, caule alato. *Pluk. alm.* 192. *t.* 94. *f.* 2. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 144. *ſ.* 7. *t.* 26. *f.* 20.

Carduus creticus, rapi folio. *Tournef. inſt.* 442.

Habitat in *Creta.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Obſ. Folia radicalia *lyrata ovata dentata rugoſa:* Caulina *lanceolata integerrima, decurrentia, margine per* caulem *hinc inde aculeato.* Corollæ *rubræ* Calyces *nudi pectinati aculeis palmatis ex 7 dentibus ſubæqualibus.* Capitula *parva ovata.*

8. CENTAUREA calycibus duplicato-ſpinoſis lanatis, foliis ſemidecurrentibus integris ſinuatisque.

Centaurea calycibus duplicato-ſpinoſis, foliis decurrentibus integris. *Hort. cliff.* 423.

Carduus luſitanicus caneſcens, alato caule, capite lanuginoſo. *Tournef. inſt.* 441.

Calcitrapa lutea, alato caule, capite eriophoro. *Vaill. act.* 1718. *p.* 212.

Habitat in *Luſitania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, rarius ſemina perficit.
Obſ. Folia radicalia *alternatim & extrorſum ſinuata; caulina decurrentia, ſed non totaliter ad proximum folium in caule; ſæpe vero totaliter in ramis & altero margine longius decurrit folium, altero brevius; ſuperiora folia integra.* Calycis *ſpinæ longitudine calycis, fuſcæ apice flavæ, baſi utrinque ſpinuloſæ ad latera & tela arenacea tectæ.* Pedunculi *folioſi, hinc flores quaſi ſeſſiles.* Flores *lutei.*

9. CENTAUREA calycibus duplicato ſpinoſis, foliis decurrentibus inermibus lanceolatis: radicalibus haſtato-pinnatis. *Hort. cliff.* 423. *n.* 21.

Carduus

Carduus ſtellatus luteus, foliis cyani. *Bauh. pin.* 387.
Leucacantha quorundam. *Dalech. hiſt.* 423.
Spina ſolſtitialis. *Dod. pempt.* 734.
Habitat *Monſpelii*, *Florentiæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *fibroſa*. Caulis *bipedalis ramoſus patulus*. Folia *in ramis & caule lanceolata integerrima brevia decurrentia undulata villo albo araneaceo adſperſa*. Folia radicalia *haſtata pinnata ſeu pinnata pinnis lateralibus lanceolatis dentatis*; *terminali vero pinnata triangulari haſtata*. *Extimis ramis*. Flores *flavi inſident capitulis ovatis ſolitariis*; *quorum ſquamæ baſin capituli cingentes armantur ſpinis palmatis breviſſimis ſubæqualibus*, *reliquæ vero ſquamæ gerunt ſpinas ſubulatas flavas*, *longitudine capituli*, *baſi utrinque ſpinulis parvis armatas*.

10. CENTAUREA calycibus duplicato ſpinoſis, foliis lanceolatis ſubdentatis, capitulis ſubſeſſilibus lateralibus.
Habitat in *Europa* frequens.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *fibroſa*. Caulis *pedalis debilis ſæpe decumbens*. Folia *omnia lanceolata*, *inferiora obtuſiora*; *pilis ſcabra*; *non tamen tomentoſa*, *decurrentia*: *ala ſuperne latiore undulata*. Capitula *ſubſeſſilia ad latera*, *ovata*, *parva*. Flores *minimi lutei*. *Spinæ reflexæ albidæ baſi lateribus ſpinoſæ*. Corollæ radii *non ſunt diſci floſculis longiores*, *hinc corolla compoſita breviſſima*.

POLYGAMIA NECESSARIA.

OTHONNA.

1. OTHONNA foliis ſubcordatis, caule ſubnudo ſimpliciſſimo.
Jacobæaſtrum cacaliæ folio. *Amm. rhut.* 221. *t.* 24.
Habitat in *Sibiria*.
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. Calyces *ad baſin usque multipartiti erecti*. Corollæ *radius eſt femineus*, *diſcus vero hermaphroditus*. Folia *Calthæ*.

2. OTHONNA foliis pinnatifidis tomentoſis: laciniis ſinuatis, caule fruticoſo.
Solidago foliis pinnatifidis: laciniis ſinuatis, corymbis racemoſis. *Hort. cliff.* 410.
Jacobæa maritima. *Bauh. pin.* 131.
Cineraria *Dod. pempt.* 642.
Habitat ad littora *Maris inferi*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, ſuffrutex.
Obſ. *Licet* Calyx *polyphyllus ſit*, *debet tamen* planta *genus Othonnæ intrare cum deſtituatur ad baſin calyculo*.

CALENDULA.

* CALENDULA ſeminibus radii cymbiformibus echinatis, diſci bicornibus. *Hort cliff.* 425. *Fl. ſvec.* 712.

β. Caltha vulgaris. *Bauh. pin.* 275.

γ. Caltha flore pleno. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 101.
Caltha polyanthos major. *Baub. pin.* 275.

δ. Caltha prolifera, majoribus ſeu minoribus floribus. *Bauh. pin.* 276.
Calendula prolifera 1. 2. *Tabern. hiſt.* 712.
Svecis. Ringblomma.
Habitat in *Europa.*
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.

2. CALENDULA foliis lanceolatis denticulatis, pedunculis filiformibus.
Calendula foliis dentatis. *Roy. lugdb.* 177.
Calendula humilis africana, flore intus albo: foris violaceo ſimplici. *Herm. lugdb.* 104. *t.* 105. *Stiff. bot.* 59. *t.* 59.
Calendula africana procumbens, flore minore. *Herm. afric.* 5.
Dimorphotheca foliis inciſis, ovariis minoribus. *Vaill. act.* 1720. *p.* 361.
Svecis Dag och Natt.
Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. CALENDULA foliis lanceolatis dentatis, pedunculis ſuperne incraſſatis.
Calendula foliis radicalibus ſinuatis, caulinis ſuperne denticulatis. *Roy. lugdb.* 177.
Cardiſpermum africanum pubeſcens, foliis inciſis, parvo flore. *Trant. act. pariſ.* 1724. *p.* 39. *t.* 2.
Calendula africana erecta, flore minore. *Herm. afric.* 5.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Vaporario*, annua.

OSTEOSPERMUM.

1. OSTEOSPERMUM foliis oppoſitis palmatis. *Hort. cliff.* 424. *Gron. virg.* 106.
Uvedalia virginiana, platani folio molli. *Pet. muſ.* 78. *n.* 800. Moni-

Monilifera latiſſimis anguloſis foliis. *Vaill. act.* 1720. *p* 374.

Chryſanthemum perenne virginianum majus, platani orientalis folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 22. *ſ.* 6. *t.* 7. *f.* 55.

Chryſanthemum, anguloſis platani foliis, virginianum. *Pluk. alm.* 99. *t.* 83. *f.* 3.

Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Frigidario*, perennis.

ARCTOTIS.

1. ARCTOTIS foliis pinnato-ſinuatis: laciniis oblongis dentatis. *Hort. cliff.* 412.

Arctotheca jacobææ folio, radiis florum intus luteis, extus purpureis. *Vaill. act* 1720. *p.* 428.

Anemonoſpermos africana, foliis cardui benedicti, florum radiis intus ſulphureis. *Comm. hort.* 2 *p.* 43. *t.* 22.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, perennis.

MILLERIA.

1. MILLERIA foliis ovatis, pedunculis ſimpliciſſimis confertis. *Hort. cliff.* 425. *t.* 25.

Milleria annua erecta minor, foliis parietariæ, floribus ex foliorum alis. *Mart. cent.* 47. *t.* 47. *f.* 1.

Habitat in *Campechia.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

MICROPUS.

1. MICROPUS. *Roy. lugdb.* 145.

Gnaphalodes luſitanica. *Tournef. inſt.* 439.

Gnaphalium ſupinum, echinato ſemine. *Griſl. luſ.* 26. *Pluk. alm.* 171. *t.* 187. *f.* 6. *Raj. ſuppl.* 191.

Pſeudo-Gnaphalium ſupinum, ſemine echinato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 93.

Habitat in *Luſitaniæ* maritimis.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

MONOGAMIA.

LOBELIA.

1. LOBELIA caule erecto, foliis lanceolatis ſerratis, ſpica terminali. *Hort. cliff.* 426. *Gron. virg.* 107.
   Rapuntium galeatum virginianum ſeu americanum, coccineo flore majore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 466. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 54.
   Rapuntium maximum, coccineo ſpicato flore. *Hern. mex.* 879 *t.* 880.
   Cardinalis Rivini. *Rupp. jen.* 1. *p.* 201.
   Habitat in *Virginia.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
2. LOBELIA caule erecto, foliis ovatis ſubſerratis pedunculo longioribus, capſulis inflatis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 23. *t.* 1.
   Lobelia caule erecto brachiato, foliis ovato-lanceolatis obſolete inciſis, capſulis inflatis. *Hort. cliff.* 500.
   Habitat in *Virginia.*
   Hoſpitatur in *vaporariis*, annua.

VIOLA.

*. VIOLA acaulis, ſtolonibus teretibus reptantibus, pedunculis radicalibus. *Hort. cliff.* 427. *Fl. ſvec.* 715.
β. Viola martia multiplici flore. *Bauh. pin.* 199. purpureo. *Tournef. inſt.* 419.
   Viola purpurea. *Cam. epit.* 910. *f. a.*
   Habitat in *Europa.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
*. VIOLA foliis oblongis inciſis, ſtipulis dentatis, caule diffuſo. *Fl. ſvec.* 721.
β. Viola hortenſis repens, flore violaceo holoſericeo purpureo & aureo. *Herm. lugdb.* 628.
   Viola tricolor hortenſis repens, flore nigro purpureo & inſtar holoſerici nitente. *Tournef. inſt.* 421.
   Habitat in *Europa.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.

IMPATIENS.

1. IMPATIENS pedunculis unifloris aggregatis, foliis lanceolatis, nectariis flore brevioribus.

Impa-

Impatiens pedunculis confertis unifloris. *Hort. cliff.* 428.
Balſamina fœmina. *Bauh. pin.* 306.
Balſamina. *Dod. pempt.* 671.
β. Balſamina fœmina flore candido. *Tournef. inſt.* 448.
γ. Balſamina fœmina flore partim candido partim rubro. *Tournef. inſt.* 448.
δ. Balſamina flore majore ſpecioſo. *Tournef. inſt.* 448.

Habitat in *Zeylona.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Caldario*, annua.
Obſ. *ſub dio fructificat; in caldario etjam, ſed hic producit flores ſpecioſiſſimos* δ, *quod nunquam ſub dio. Omni nocte dormit foliis pendulis uti ſylveſtris planta; de die vero vigilat foliis patentibus.*

* * * * * * * * *

CLASSIS. XX.

GYNANDRIA

TRIANDRIA.

SISYRINCHIUM.

1. SISYRINCHIUM caule foliiſque ancipitibus. *Hort. cliff.* 431. *Gron. virg.* 111.
   Siſyrinchium cæruleum parvum, gladiato caule, virginianum. *Pluk. alm.* 348. *t.* 61. *f.* 1.
   Bermudiana graminea, flore minore cæruleo. *Dill. elth.* 49. *t.* 41. *f.* 49.
   Habitat in *Virginia.*
   Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Frigidario*, perennis.

PENTANDRIA

PASSIFLORA.

1. PASSIFLORA foliis palmatis integerrimis. *Halm. paſſifl.* 22. *n.* 20.
   Paſſiflora foliis palmatis quinquepartitis integerrimis, involucris cordatis triphyllis. *Hort. cliff.* 432.
   Granadilla pentaphyllos, flore cæruleo magno. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 81.
   Flos paſſionis. *Rochef. antill.* 119. *t.* 118.
   Svecis Paſſions-blomma.
   Habitat in *Braſilia.*
   Hoſpitatur in *Caldario*, & *Frigidario*, Frutex.
2. PASSIFLORA foliis trilobis ſerratis. *Halm. paſſifl.* 21. *n.* 19.
   Paſſiflora foliis ſemitrifidis ſerratis baſi duabus glandulis convexis: lobis ovatis. *Hort cliff.* 432. *Gron. virg.* 112.
   Granadilla hiſpanis, Flos paſſionis italis. *Hern. mex.* 888. *t.* 888.

Clema-

Clematis trifolia, flore roſeo clavato. *Bauh. pin.* 301.
Habitat in *Braſilia, Peru, Virginia.*
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis.

HEXANDRIA.

ARISTOLOCHIA.

1. ARISTOLOCHIA foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis.
Ariſtolochia caule erecto ſimpliciſſimo, foliis cordatis petiolatis, floribus lateralibus confertis. *Hort. cliff.* 432.
Ariſtolochia clematitis recta. *Bauh. pin.* 307.
Ariſtolochia clematitis vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 71.
Pharm. ARISTOLOCHIÆ VULGARIS Radix.
Habitat in foſſis, aggeribus, vineis *Galliæ, Tatariæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

POLYANDRIA.

GREVIA.

1. GREVIA foliis orbiculato-ovatis.
Grevia corollis acutis. *Hort. cliff.* 433.
Ulmifolia arbor africana baccifera, floribus purpureis. *Pluk. alm.* 393. *t.* 237. *f.* 1.
Ulmi facie arbuſcula æthiopica, ramulis alatis, floribus purpuraſcentibus. *Comm. hort.* 1. *p.* 165. *t.* 85. *Seb. theſ.* 1. *p.* 46. *t.* 29. *f.* 3.
Habitat in *Æthiopia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, Arbor †.

ARUM.

1. ARUM acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clavato. *Hort. cliff.* 434.
Arum vulgare non maculatum. *Bauh. pin.* 195.
Arum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 784. *Dod. pempt.* 328.
Pharm. ARI Radix, *Fæculæ*, Herba.
Habitat in umbroſis *Germaniæ, Belgii, Angliæ, Galliæ, Italiæ.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

2. ARUM acaule, foliis peltatis ovatis baſi ſemibifidis: margine repandis. *Hort. cliff.* 435.

Arum maximum ægyptiacum quod vulgo Colocaſia. *Bauh. pin.* 195.

Arum ægypticum. *Columm. ecphr.* 2. *p.* 1. *t.* 1.

Colocaſia. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 75.

Habitat in aquoſis *Cretæ*, *Cypri*, *Ægypti*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis.

3. ARUM acaule, foliis peltatis ovatis: baſi ſemifidis: margine integerrimis. *Hort. cliff.* 435.

Arum minus, nymphææ folio, eſculentum. *Sloan. flor.* 62 *hiſt.* 1. *p.* 167. *t.* 106. *f.* 1.

Braſſica braſiliana, foliis nymphææ. *Bauh. pin.* 111.

Habitat in *Jamaica*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis.

CLAS.

CLASSIS. XXI.

MONOECIA

MONANDRIA.

CERATOCARPUS.

1. CERATOCARPUS. *Daſſow. gener.* 28. *n.* 1069. *Buxb. act.* 1. *p.* 241.
   Ceratoſpermum. *Gerb. wolg.* 55. *tanais* 90.
   Planta nova incognita ramoſa, foliis gramineis anguſtiſſimis & acutiſſimis, floribus ſtaminoſis ex alis caulium & foliorum, ſemine nudo unico bidentis. *Heintz. tart.* 299.
   Habitat in campis feris & deſertis *Samaræ*, *Czaritzin*, *Tanais*, *Stanitzæ*, *Melichowæ*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
   Obſ. Flores *tres* Maſculi *ſeſſiles in ſingula caulis divaricatione*; *flores feminei ſolitarii ſeſſiles in ſingula foliorum ala*.

TRIANDRIA.

ZEA.

1. ZEA. *Hort. cliff.* 437.
   Frumentum indicum Mays dictum. *Bauh. pin.* 25. *theat.* 490.
   Mays granis aureis. *Tournef. inſt.* 531.
   Frumentum indicum. *Dod. pempt.* 509. *Cam. epit.* 186.
   Svecis Turkiſkt-hwete.
   Habitat in *America*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Tepidario*, annua.

COIX.

1. COIX feminibus ovatis. *Hort. cliff.* 437. *Fl. zeyl.* 330. *Gron. virg.* 114.
   Lacryma Job. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 216.
   Lithoſpermum arundinaceum. *Bauh. pin.* 258.

Habitat in *Virginia*, *Malabaria*, *Zeylona*.
Hoſpitatur in *Caldario*, & *ſub dio*, perennis.

PHYLLANTHUS.

1. PHYLLANTHUS foliis pinnatis floriferis, floribus pedunculatis, caule herbaceo erecto. *Fl. zeyl.* 331.
   Phyllanthus foliis alternis alternatim pinnatis, floribus dependentibus ex alis foliorum. *Hort. cliff.* 440.
   Urinaria indica erecta vulgaris. *Burm. zeyl.* 230. *t.* 93. *f.* 2.
   Fruticulus capſularis hexapetalos, caſiæ poëtarum foliis brevioribus ſubrotundis & denſius ſtipatis. *Pluk. alm.* 159. *t.* 183. *f.* 5.
   Niruri barbadenſe, folio ovali ſubtus glauco, petiolis florum breviſſimis. *Mart. cent.* 9. *t.* 9.
   Habitat in *Zeylona*, *Malabaria*, *Barbados*.
   Hoſpitatur in *Caldario*, annua.
   Obſ. Flores *ſub petiolis dependentes*, *quorum cauli propiores gemini maſculi*, *apici vero foliorum propiores feminei ſolitarii*.

TETRANDRIA.

URTICA.

1. URTICA foliis oppoſitis tripartitis inciſis.
   Urtica foliis profunde laciniatis, ſemine lini. *Amm. rhut.* 173. *n.* 249. *t.* 25.
   Habitat in *Sibiria*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, perennis.
   Obſ. *Humanam altitudinem ſuperat planta*, *ſæpius dioica*; *unus alterue flos maſculus immixtus ſæpe femineis*.
2. URTICA foliis oppoſitis, amentis fructiferis globoſis. *Hort. cliff.* 440.
   Urtica pilulifera, folio profundius urticæ majoris in modum ſerrato, ſemine magno lini. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 140.
   Urtica urens, pilulas ferens. *Bauh. pin.* 232.
   Urtica romana. *Lob. hiſt.* 281.

β. Urtica pilulifera, parietariæ facie, ſemine lini. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 435.
   Pharm. Urticæ romanæ Semina.
   Svecis Romerſk nätſla.

Habi-

Habitat in pratis *Angliæ*, *Helvetiæ*, *Galliæ Narbonenſis*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

BUXUS.

1. BUXUS. *Hort. cliff.* 441.
α. Buxus arboreſcens. *Bauh. pin.* 471.
Buxus. *Dod. pempt.* 782.
β. Buxus humilis. *Dod. pempt.* 782.
Buxus foliis rotundioribus. *Bauh. pin.* 471.
· Teaſſchur. *Celſ. hierob.* 2. *p.* 153.
Pharm. Buxi Lignum, *Oleum.*
Svecis Buxbom.
Habitat in collibus clivoſis incultis alſioſis *Galloprovinciæ* copioſiſſime, nec non *Helvetiæ*, *Sabaudiæ*, *Burgundiæ*, *Galliæ*.
Hoſpitatur β *ſub dio*, α vero in *frigidario*.
Obſ. *In opere topiario nullus aptior fructus*; β. *nunquam floret.*

MORUS.

1. MORUS foliis cordatis hiſpidis. *Hort. cliff.* 441.
Morus fructu nigro. *Bauh. pin.* 459.
Morus. *Dod. pempt.* 810. *Lob. hiſt.* 610.
Sycaminus. *Celſ. hierob.* 1. *p.* 288.
Pharm. Mori *Rob*, *Syrupus*.
Svecis Mulbärsträ.
Habitat in *China* & ſabuloſis maritimis *Italiæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, & interdum *ſub dio*, Arbor.

2. MORUS foliis oblique cordatis lævibus. *Hort. cliff.* 441.
Morus fructu albo. *Bauh. pin.* 459.
Morus candida. *Dod. pempt.* 810. *Lob. hiſt.* 610.
Svecis Hvita Mulbårstrå.
Habitat in *China* & *Italia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, Arbor.

PENTANDRIA.

XANTHIUM.

1. XANTHIUM ſpinis ternatis.
Xanthium ſpinis triplicibus. *Hort. cliff.* 443.
Xanthium ſpinoſum, atriplicis folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 604. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 3.

Xan-

Xanthium luſitanicum ſpinoſum. *Raj. ſuppl* 109. *Herm. parad.* 246. *t.* 246. *Pluk. alm.* 206. *t.* 239. *f.* 1. *Magn. hort.* 208. *t.* 208.
Habitat in *Luſitania.*
Hoſpitatur *in Tepidario*, & *ſub dio*, annua †.

*. XANTHIM caule inermi. *Hort. cliff.* 443. *Flor. ſvec.* 778. *Fl. zeyl.* 569. *Gron. virg.* 188. *Roy. lugdb.* 85. *Hall. helv.* 161.

β. Xanthium canadenſe majus, fructu aculeis aduncis munito. *Tournef. inſt.* 439.
Xanthium elatius & majus americanum, fructu ſpinulis aduncis armato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 604. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 2.
Habitat in *Jamaica*, *Carolina*, *Canada*, *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

A M B R O S I A.

1. AMBROSIA foliis trilobis ſerratis.
Ambroſia foliis palmatis: laciniis lanceolatis ſerratis. *Hort. cliff.* 443. *Gron. virg* 188.
Ambroſia canadenſis altiſſima hirſuta, platani folio. *Tournef. inſt.* 439.
Ambroſia virginiana maxima, platini orientalis folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 4 *ſ.* 6. *t.* 1. *f.* 4.
Ambroſia gigantea inodora, foliis aſperis trifidis. *Raj. ſuppl.* 109.
Habitat in *Virginia*, *Canada.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, annua.

2. AMBROSIA foliis duplicato-pinnatifidis, racemis paniculatis glabris.
Ambroſia foliis compoſito-multifidis, internodiis remotiſſimis. *Gronov. virg.* 188.
Ambroſia maxima inodora, marubii aquatici foliis tenuiter laciniatis, virginiana. *Pluk. alm.* 27. *t.* 10. *f.* 5. *Raj. ſuppl.* 108. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 4.
Ambroſia maritima, artemiſiæ foliis inodoris, elatior. *Herm. lugdb.* 32. *Pluk. alm* 28. *Raj. hiſt.* 1855. *ſuppl.* 109.
Ambroſia virginiana elatior & viridior, hortenſis facie. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 4.

Am-

Ambroſia altiſſima vix fœtida, foliis artemiſiæ. *Gron. virg.* 115.
Habitat in *Virginia* & *Carolina.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

PARTHENIUM.

1. PARTHENIUM foliis compoſito-multifidis. *Hort. cliff.* 442.
Hyſterophorus ambroſiæ folio. *Vaill. act.* 1720. *p.* 435.
Partheniaſtrum americanum, ambroſiæ folio. *Niſſ. act.* 423. *t.* 13. *f.* 2.
Matricaria flore minore albo, abſinthii foliis. *Plum. ſpec.* 10.
Habitat in ſiccis campeſtribus, *Jamaicæ.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, annua.

IVA.

1. IVA foliis lanceolato-ovatis ſerratis, caule annuo.
Tarchonanthos foliis cordatis ſerratis trinerviis B. juſſiæi. *Roy. lugdb.* 538.
Habitat in *America.*
Hoſpitatur in *Caldario*, ſero floret, annua.
Deſc. Radix *annua.* Caulis *humanæ altitudinis*, *erectus*, *ſtriatus*, *pilis albis patulis adſperſus.* Rami *pauci.* Folia *inferiora oppoſita*, *ſuperiora alterna*, *lanceolato-ovata*, *acuminata*, *petiolata*, *ſerraturis aliquot magnis*, *trinervia*, *ſcabra.* Racemus *terminalis erectus*, *floribus alternis*, *nutantibus*, *ſub quibus ſingulis* Folia floralia *pauca*, *lanceolata.* Flores *nutantes ut in ſpecie* 1. *Hort. cliff. ſed* floſculi foemini 5, *nudi absque omni corolla ſinguli ſtylis duobus longis.* Calyx *triphyllus*, *inæqualis*; *inter floſculos diſci maſculos pili aliquot.*

ANDRACHNE.

1. ANDRACHNE. *Hort. cliff.* 443.
Telephioides græcum humifuſum, flore albo. *Tournef. cor.* 50. *Dill. elth.* 377. *t.* 282. *f.* 364. *Buxb. act.* 2. *p.* 20. *t.* 12. *f.* 2.
Glaux procumbens, myrti tarentinæ folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 168. *t.* 119.
Habitat in *Italia*, *Græcia*, *Media*, *Olympo.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, annua †.

AMARANTHUS.

1. AMARANTHUS racemis cylindraceis pendulis longiſſimis. *Hort. cliff.* 443. *Fl. Zeyl.* 563.

Ama-

Amaranthus maximus. *Bauh. pin* 120.
Blitum majus peruvianum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 81.
Habitat in *Peru* & *Perſia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. AMARANTHUS inermis, racemis cylindraceis erectis. *Hort. cliff.* 444. *Gron. virg.* 188.
Amaranthus ſylveſtris maximus novæ angliæ, ſpicis viridibus. *Raj. hiſt.* 201.

β. Amaranthus ſylveſtris maximus novæ angliæ, ſpicis purpureis. *Tournef. inſt.* 235.
Habitat in *Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. AMARANTHUS capitulis ſubrotundis lateralibus, foliis lanceolatis acuminatis. *Hort cliff.* 444.
Amaranthus folio variegato. *Bauh pin.* 121.
Amaranthus tricolor. *Lob. hiſt.* 121.
Habitat - -
Hoſpitatur in *Caldario* ut pulchrior evadat, annua.
Obſ. *Singulare quod in hac floribus demerat Naturæ Auctor eorum purpura eaque pinxerit folia, non inferiora, ſed ſuperiora, ut florem formarent; ſic in* Pepli, callitriche &c. *ubi flores abjectiſſimi, folia roſam formant. Hæc monoica triandra, præcedentes monoicæ pentandræ ſunt.*

POLYANDRIA.

CORYLUS.

* CORYLUS ſtipulis ovatis obtuſis. *Hort. cliff.* 448. *Fl. Svec.* 787.

β. Corylus ſativa, fructo albo minore, ſeu vulgaris. *Bauh. pin.* 417.
Svecis: *Lambertiſka nötter.*

γ. Corylus ſativa, fructu rotundo maximo. *Bauh. pin.* 418.
Svecis Spanſka Nötter.
Habitat in *Germania*, *Hiſpania.*
Hoſpitatur *ſub dio*, Arbor.

JUGLANS.

1. JUGLANS foliis ovalibus glabris obſolete ſerratis; omnibus ſubæqualibus. *Hort. cliff.* 448.

Nux

Nux juglans ſeu regia vulgaris. *Bauh. pin.* 417.
Nux juglans. *Dod. pempt.* 816.
Pharm. JUGLANDIS Nuces, Diſſepimentum, *Rob. oleum.*
Svecis Walnôt-träd.
Habitat - - -
Hoſpitatur in *Frigidario*, at in auſtralibus Sveciæ provinciis, præſertim in Scania, *ſub dio*, *Arbor.*

2. JUGLANS foliolis lanceolatis argute ſerratis: ſuperioribus minoribus. *Hort. cliff.* 449. *Gron. virg.* 189.
Nux juglans virginiana nigra. *Herm. lugdb.* 452. *t.* 453. *Cateſb. carol* 1. *p.* 67. *t.* 67.
Habitat in *Terra mariana* & *Virginia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

FAGUS.

1. FAGUS foliis lanceolatis acuminate ſerratis. *Hort. cliff.* 447.
Caſtanea ſativa. *Bauh. pin.* 418.
Caſtanea. *Cam. epit.* 118.
Pharm. CASTANEÆ Fructus, cortex.
Svecis Caſtanie-trä.
Habitat in montibus *Italiæ* copioſiſſime; parcius in *Germania*, *Gallia.*
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

LIQVIDAMBAR.

1. LIQVIDAMBAR. *Hort. cliff.* 486. *Gron. virg.* 190.
Liquidambari arbor ſeu ſtyraciflua, aceris folio, fructu tribuloide pericarpio orbiculari ex quamplurimis apicibus coagmentato ſemen recondens. *Pluk. alm.* 224. *t.* 42. *f.* 6.
Styrax aceris folio. *Raj. hiſt.* 1681.
Pharm. STORACIS LIQVIDÆ Reſina.
Habitat in *Virginia*,
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

PLATANUS.

1. PLATANUS foliis lobatis. *Hort. cliff.* 447. *Gron. virg.* 119.
Platanus occidentalis. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 56. *t.* 56.
Habitat in *Carolina*, *Virginia.*
Hoſpitatur in *Tepidario*, Arbor †.

POTE-

POTERIUM.

1. POTERIUM inerme. *Hort. cliff.* 446. filamentis longiſſimis. *Roy. lugdb.* 129. *Gvett. Fl.* 2: *p.* 129.
Sangviſorba minor. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 113.
Pimpinella ſangviſorba minor hirſuta. *Bauh. pin.* 160.
Pimpinella ſangviſorba. *Cam. epit.* 777.
Pharm. PIMPINELLÆ ITALICÆ Herba, Semina.
Svecis Pimpinella.
Habitat in apricis aſperis petroſis *Germaniæ*, *Belgii*, *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*. Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

2. POTERIUM agrimonoides.
Pimpinella agrimonoides odorata. *Tournef. inſt.* 157.
Pimpinella agrimonoides. *Moriſ. blæſ.* 294. *umb.* 57. *Bocc. ſicc.* 58.
Habitat *Monſpelii*.
Hoſpitatur *ſub dio*, biennis.
Obſ. *Non video quomodo hæc a præcedenti diſtingvatur.* Facies *triſtior ſiccior*, odor *gratior*. an HYBRIDA *ex antecedenti & Agrimonia?*

MONADELPHIA.

PINUS.

1. PINUS foliis geminis, primordialibus ſolitariis ciliatis. *Hort. cliff.* 450.
Pinus ſativa. *Bauh. pin.* 490.
Pinus oſſiculis duris, foliis longis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 248.
Pharm. PINI Nuces, Nuclei, *Lohoc.*
Svecis: Spanſktall.
Habitat copiſiſſime in *Italia* prope Ravennam ad maris usque littus. Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.
Obſ. Huic *cotyledones 10 vel 12, dum e* ſemine *enaſcitur.*

CUPRESSUS.

1. CUPRESSUS foliis imbricatis erectis. *Hort. cliff.* 449.
Cupreſſus meta in faſtigium convoluta, quæ Foemina plinii *Tournef. inſt.* 587.
Cupreſſus. *Bauh. pin.* 488. *Cam. epit.* 52.
Sopher *Celſ. hierob.* 1. *p.* 328.
Pharm. CUPRESSI Lignum, Nuces.
Svecis: Cypreſſ.

Habi-

Habitat in inſulis *Gratiæ*, *Cretæ* &c.
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

2. CUPRESSUS foliis diſtiche patentibus. *Hort. cliff.* 449. *Gron. virg.* 119.
Cupreſſus virginiana, foliis acaciæ deciduis. *Comm. hort.* 1. *p.* 113. *t.* 59.
Cupreſſus virginiana, foliis acaciæ cornigeræ paribus & deciduis. *Pluk. alm.* 125. *t.* 85. *f.* 6.
Habitat in *Carolina*, *Virginia*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.
Obſ. *Hæc pentacotyledonis eſt.*

THUJA.

1. THUJA ſtrobilis lævibus: ſquamis obtuſis. *Hort. cliff.* 449.
Thuja theophraſti. *Bauh. pin.* 488.
Arbor vitæ. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 36. *Dod. pempt.* 630.
Habitat in *Canada*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbuſcula.

2. THUJA ſtrobilis ſquarroſis: ſquamis reflexo acuminatis.
Thuja ſtrobilis uncinatis, ſquamis reflexo acuminatis. *Roy. lugdb.* 87. *deſcr. Hort. cliff.* 449.
Habitat forte in *China*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, Arbuſcula.

POLYADELPHIA.

RICINUS.

1. RICINUS foliis peltatis ſerratis, petiolis glanduliferis. *Hort. cliff.* 450. *Fl. zeyl.* 339.
Ricinus vulgaris. *Bauh. pin.* 439.
Ricinus, gallis Palma chriſti. *Lob. hiſt.* 392.
Kikajon. *Celſ. hierob.* 2. *p.* 273.
Pharm. Cataputiæ majoris Semina.
Svecis Jonæ Curbitz, Undertråd.

β. Ricinus africanus maximus, caule geniculato rutilante. *Tournef. inſt.* 542.

Habitat locis pinguibus, in quatuor orbis partibus calidioribus: *Japonia, Malabaria, Zeylona, Africa, Creta, Jamaica, Surinama, Virginia.*
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Caldario*, biennis.

JATROPHA.

1. JATROPHA foliis palmatis dentatis aculeatis. *Hort. cliff.* 445.
   Ricinus tithymaloides americanus lactefcens & urens, floribus albis. *Comm. hort.* 1. *p.* 19. *t.* 10.
   Ricinus lacteſcens, fici foliis; ſpinulis mordacibus armatis. *Pluk. alm.* 320. *t.* 220. *f.* 3.

Habitat in *Braſilia.*
Hoſpitatur in *Caldario*, Arbor.

CROTON.

1. CROTON foliis rhombeis repandis, capſulis pendulis, caule herbaceo.
   Croton foliis ovatis plicatis ſcabris, capſulis e pedunculo ramoſo pendulis. *Roy. lugdb.* 532.
   Ricinoides ex qua paratur Tourneſol gallorum. *Tournef. inſt.* 565. *Vaill. act.* 1712. *p.* 337. *t.* 17.
   Heliotropium tricoccum. *Bauh. pin.* 253. *Raj. hiſt.* 165.
   Pharm. LACMUS Succus.

Habitat *Monſpelii* rarius.
Hoſpitatur in *Caldario*, & *Tepidario*, annua.
Obſ. Caulis *herbaceus teres ſpithamæus viridis terminatus* racemo, *ubi Rami 2 vel 3 erecto-patentes, terminati racemo & ſimiliter ſubdiviſi.* Racemi *erecti pedunculis partialibus unifloris erectis: femineis inferioribus longioribus, paucioribus.* Maſculi *calyx cylindraceus monophyllus quinquedentatus, deciduus:* Corolla *infundibuliformis pentapetala: limbo breviſſimo flavo patulo acuminato.* Stamina *ex filamentis in unam columnam, longitudine floris, connata, deinde diviſa, & antheris 8 ſeu 10 oblongis inſtructa.* Feminei calyx *decaphyllus, foliolis ſubulatis alternis brevioribus perſiſtens.* Corolla *nulla.* Germen *ſubrotundum verrucoſum.* Styli 3. *recurvi ſemibifidi.* Stigmata *ſubbarbata longitudine ſtylorum.* Fructus *pendentes in pedunculis elongatis.* Folia *rhombæa repanda, rugoſa, venoſa, viridia, petiolis canaliculatis.* Glandula *ad baſin ſubtus folii, utrinque una, elevata.*

ACALYPHA.

1. ACALYPHA involucris femineis cordatis inciſis, foliis ovato-lanceolatis petiolo longioribus. *Flor. zeyl.* 342.

Acaly-

Acalypha foliis ovato-lanceolatis, involucris femineis obtuſis. *Hort. cliff.* 495. *Gron. virg.* 116.
Mercurialis tricoccos hermaphroditica ſeu ad foliorum juncturas e foliolis criſtatis julifera ſimul & fructum gerens. *Pluk. alm.* 248. *t.* 99. *f.* 4.
Habitat in *Zeylona*, *Virginia*.
Hoſpitatur in *Caldario*, & *Vaporario*, ubi nimis luxuriat & ſe ipſam multiplicat, annua.

SYNGENESIA.

SICYOS.

1. SICYOS foliis angulatis. *Hort. cliff.* 452.
Sicyoides americana, fructu echinato, foliis angulatis. *Tournef. inſt.* 103.
Bryonoides flore & fructu minore. *Dill. elth.* 58. *t.* 51. *f.* 59.
Cucumis canadenſis monoſpermos, fructu echinato. *Herm. parad.* 108. *t.* 108.
Habitat in *Canada*.
Hoſpitatur *ſub dio*, & in *Caldario*, annua.

CUCURBITA.

1. CUCURBITA ſeminibus obſolete bicornibus. *Hort. cliff.* 451.
Cucurbita laginaria, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 23. *ſ.* 1. *t.* 5. *f.* 3.
Cucurbita oblonga, flore albo, folio molli. *Bauh. pin.* 313.
Cucurbita camerariana longa. *Dalech. hiſt.* 615.
Pharm. Cucurbitæ Semina.
Svecis Calabaſſ.
Habitat in locis riguis humentibus *Americæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, vix matureſcit, annua.

2. CUCURBITA ſeminum margine integro tumido. *Hort. cliff.* 452.
Cucurbita major rotunda, fructu luteo, folio aſpero. *Bauh. pin.* 312.

T 2 Pepo

Pepo vulgaris. *Raj. hiſt.* 639.
Svecis Pompa.
Habitat - - - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

3. CUCURBITA foliis multipartitis.
Cucurbita ſeminum margine baſi dilatato. *Hort. cliff.* 452.
Anguria Citrullus dicta. *Bauh. pin.* 312.
Citrullus folio colocynthidis ſecto, ſemine nigro, quibusdam Anguria. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 235.
Pharm. Citrulli Semina.
Svecis Watu-Melon.
Habitat in *Apulia*, *Calabria*, *Sicilia.*
Hoſpitatur in *terra prægnante*, *annua.*

CUCUMIS.

1. CUCUMIS foliorum angulis rectis. *Hort. cliff.* 451.
Cucumis ſativus vulgaris. *Bauh. pin.* 310.
Cucumis vulgaris. *Dod. pempt.* 66.
Pharm. Cucumeris Semina.
Svecis Gurka.
Habitat - - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. CUCUMIS foliorum angulis rotundatis. *Hort. cliff.* 451.
Melo vulgaris. *Bauh. pin.* 310.
Melo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 242.
Pharm. Melonis Semina.
Svecis Melon.
Habitat - - - -
Hoſpitatur in *vaporariis*, & terra prægnante, annua.

3. CUCUMIS foliis palmato-ſinuatis, pomis ſubovatis echinatis.
Cucumis foliis palmatis. *Roy. lugdb.* 263.
Cucumis ſylveſtris americanus, anguriæ folio, fructu ovi figura & magnitudine ad maturitatem pallido, ſpinoſis tuberculis momordicæ inſtar muricato. *Pluk. phyt.* 170. *f.* 3.

Cucu-

Cucumis anguriæ folio latiore aſpero, fructu minore candido : ſpinulis obtuſis muricato. *Sloan. flor.* 103.
Anguria americana, fructu echinato eduli. *Tournef. inſt.* 107.
Habitat in *Jamaica.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua ♃.
Obſ. Accedit valde ad Cucumerem africanum echinatum minorem. *Herm. parad.* 133. *t.* 133.

4. CUCUMIS foliis multifidis, pomis globoſis glabris.
Cucumis foliis multifidis. *Roy. lugdb.* 263.
Colocynthis fructu rotundo major. *Bauh. pin.* 313.
Colocynthis. *Cam. epit.* 982.
Pharm. Colocynthidis Pulpa, Semina, *Reſina*, *Extractum.*
Svecis Coloquint.
Habitat - - -
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

5. CUCUMIS foliis cordatis integris denticulatis, pomis globoſis glabris.
Cucumis maderaſpatenſis, fructu minimo. *Pluk. alm.* 123. *t.* 170. *f.* 2.
Habitat in *India.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

MOMORDICA.

1. MOMORDICA pomis angulatis tuberculatis, foliis glabris patenti-palmatis. *Hort. cliff.* 451.
Balſamina rotundifolia repens ſeu mas. *Bauh. pin.* 306.
Charantia. *Dod. pempt.* 670.
Habitat in *India*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua ♃.

2. MOMORDICA pomis oblongis : ſulcis catenulatis, foliis inciſis. *Hort. cliff.* 451. *Flor. zeylon.* 352.
Cucumis ægyptius reticulatus ſeu Luffa arabum. *Veſl. ægypt.* 199. *t.* 58. 59. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 35. *ſ.* 7. *t.* 7. *f.* 1. 2.
Luffa arabum. *Tournef. act.* 1706.

Habitat in *Zeylona.*
Hoſpitatur in *Caldario*, annua.

3. MOMORDICA abſque cirrhis.
Momordica pomis ovalibus hiſpidis, foliis cordatis integris plicato-dentatis. *Hort. cliff.* 451.
Cucumis ſylveſtris aſininus dictus. *Bauh. pin.* 314.
Cucumis ſylveſtris. *Cam. epit.* 946.
Pekaim. *Celſ. hierobot.* 1. *p.* 393.
Pharm. CUCUMERIS ASININI Radix.
ELATERII *Extractum*, *Reſina.*
Habitat in ruderatis, ſabuloſis, uliginoſis, *Galliæ Narbonenſis*, *Italiæ*, *Siciliæ.*
Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.
Obſ. *Hæc cirrhis deſtituitur omnino & unica.*

CLAS-

CLASSIS XXII.

DIOECIA

DIANDRIA.

SALIX.

1. SALIX foliis ſerratis ovatis acutis glabris: ſerraturis cartilagineis, petiolis calloſo-punctatis.
Salix folio laureo ſeu lato glabro odorato. *Raj. hiſt.* 1420.
Habitat in *Europa*.
Hoſpitatur *ſub dio*, Arbor.

TRIANDRIA.

OSYRIS.

1. OSYRIS foliis obtuſis.
Oſyris fructu nigro. *Amm. rhut.* 178.
Habitat circa locum ſalſum *Jamiſchom* Sibiriæ.
Hoſpitatur *ſub dio* & in *Frigidario*, (ad huc tenella) frutex.

TETRANDRIA.

MYRICA.

2. MYRICA foliis lanceolatis ſubſerratis, fructu baccato. *Hort. cliff.* 455. *Gron. virg.* 120.
Myrtus brabanticæ ſimilis carolinenſis baccifera, fructu racemoſo ſeſſili monopyreno. *Pluk. alm.* 250. *t.* 48. *f.* 9. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 69. *t.* 69.
Coriotragematodendros ſeu Arbor carolinienſis æleagni cordi foliis, fructu ſaccharati ſpecie & magnitudine coriandri. *Pluk. amalth.* 65.
Svecis Waxtråd. *Penſylvanis* Candeltree.
Habitat in *Carolina*, *Virginia*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

PENTANDRIA.

PISTACIA.

1. PISTACIA foliis impari pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 456.
Terebinthus vulgaris. *Bauh. pin.* 400.
Terebinthus. *Dod. pempt.* 870. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 15.
Pharm. TEREBINTHINA CYPRIA.
Svecis Terpentins-trä.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Luſitania*, *Hiſpania*, *Italia*, *Sicilia*, *Cypro*, *Cycladibus*, *Syria*, *Meſopotamia*, *Aſſyria*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, Arbor.

2. PISTACIA foliis abrupte pinnatis. *Hort. cliff.* 456.
Lentiſcus vulgaris. *Bauh. pin.* 399.
Lentiſcus. *Dod. pempt.* 871. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 14.
Pharm. LENTISCI Lignum
MASTICIS Reſina, *Syrupus*, *Oleum*.
Svecis Maſtix-trä.
Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Luſitania*, *Hiſpania*, *Italia*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, Arbor.

CERATONIA.

1. CERATONIA. *Dod. pempt.* 787. *Celſ. hierobot.* 1. *p.* 226.
Siliqua edulis. *Bauh. pin.* 400.
Siliquæ. *Cam. epit.* 139. *femina.*
Pharm. SILIQUA DULCIS.
Svecis Johannisbröd.
Habitat in *Apulia*, *Campania*, *Creta*, *Cypro*, *Cilicia*, *Syria*, *Judæa*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, per hyemes.

SPINACIA.

1. SPINACIA. *Hort. cliff.* 457.

Mas.
Spinacia vulgaris ſterilis. *Tourneſ. inſt.* 533.
Spinachia femina. *Dalech. hiſt.* 543.
Spinachia ſterilis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 598.

Femina.
Spinacia vulgaris, capſula feminis aculeata. *Tourneſ. inſt.* 533.
Spinachia mas. *Dalech. hiſt.* 543.
Spinachia ſemine ſpino-
Lapa-

Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſterilis. *Bauh. pin.* 115.

Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſemine ſpinoſo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 598.
Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſemine ſpinoſo. *Bauh. pin.* 114.
β. Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſemine non ſpinoſo. *Bauh. pin.* 115.
Pharm. SPINACIÆ Semina.

Svecis Spinat.
Habitat - - - -
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

CANNABIS.

1. CANNABIS foliis digitatis. *Hort. cliff.* 457.

Mas.
Cannabis ſterilis. *Dod. pempt.* 353.
Cannabis femina. *Dalech. hiſt.* 497.
Cannabis erratica. *Bauh. pin.* 320.
Svecis Gallringshampa.

Femina.
Cannabis fœcunda. *Dod. pempt.* 535.
Cannabis mas. *Dalech. hiſt.* 497.
Cannabis ſativa. *Bauh. pin.* 320.
Pharm. CANNABIS Semina.
Svecis Frôhampa.

Habitat in *India Orientali*.
Hoſpitatur *ſub dio*, annua, ubique in agris.

HEXANDRIA.

DIOSCOREA.

1. DIOSCOREA foliis cordatis alternis, caule lævi. *Hort. cliff.* 459. *Fl. zeyl.* 358.
Dioſcorea ſcandens, folio tamni, fructu racemoſo. *Plum. gen.* 9.
Volubilis nigra, radice tuberoſa compreſſa maxima digitata farinacea eſculenta, folio cordato nervoſo. *Sloan. flor.* 46. *hiſt.* 1. *p.* 140.

Habitat in *Malabaria*, *Zeylona*, *Jamaica*.
Hoſpitatur in *Caldario*, perennis ♃.

OCTANDRIA.

POPULUS.

1. POPULUS magna, foliis amplis: aliis cordiformibus, aliis ſubrotundis: junioribus tomentoſis. *Gron. virg.* 194.
Habitat in *Virginia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, Arbor.
Obſ. Varietas forte Populi nigræ. *Fl. Suec.* 811.

GLEDITSIA.

1. GLEDITSIA. *Gron. virg* 193.
Cæſalpinoides foliis pinnatis ac dupplicato pinnatis. *Hort. cliff.* 489.
Acacia americana, abruæ folio, triacanthos, ſive ad axillas foliorum ſpina triplici donata. *Pluk. mant.* 1. *Hort. angl. t.* 21.
Acacia, abruæ folio, triacanthos, capſula ovali unicum ſemen claudente. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 43. *t.* 43.
Acacia triacanthos, ſiliquis latis fuſcis: pulpa vireſcente ſubdulci. *Clayt. virg.* 59.
Habitat in *Virginia*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, Arbor.

ENNEANDRIA.

MERCURIALIS.

1. MERCURIALIS caule brachiato, foliis glabris. *Hort. cliff.* 461.

Mas.	*Femina.*
Mercurialis ſpicata ſeu femina. *Bauh. pin.* 121	Mercurialis teſticulata ſeu mas. *Bauh. pin.* 121.
Mercurialis femina. *Dod. pempt.* 658. *Lob. hiſt.* 131. *Dalech. hiſt.* 1627.	Mercurialis mas. *Dod. pempt.* 658. *Lob. hiſt.* 131. *Dalech. hiſt.* 1627.

Pharm.

Pharm. MERCURIALIS Herba, *Mel.*
Habitat in umbroſis *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, cicur, annua.

DECANDRIA.

CORIARIA.

1. CORIARIA foliis ovato oblongis.
Coriaria. *Hort. cliff.* 462.
Coriaria vulgaris. *Iſnard. act.* 1711. *p.* 418.
Rhus myrtifolia monſpeliana. *Bauh. pin.* 414. *Angl. hortul.* 64. *t.* 20. *f.* 1.
Habitat *Monſpelii*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, & *Frigidario*, frutex.
Obſ. Vim *ſingularem producendi* EPILEPSIAM *detexit Illuſtris Medius DD.* SAUVAGESIUS, *quocunque modo & a quocunque animali aſſumatur.*

MONADELPHIA.

JUNIPERUS.

1. JUNIPERUS foliis inferne adnatis: oppoſitionibus concatenatis. *Hort. cliff.* 464.
Sabina folio cupreſſi. *Bauh. pin.* 487.
Sabina. *Dod. pempt.* 854.
Pharm. SABINÆ Herba, *Eſſentia*, *Aqua*, *Oleum.*
Svecis Såfvenbom.
Habitat in orientis montibus *Ararat*, *Olympi*, *Uraliæ*.
Hoſpitatur *ſub dio*, frutex.

2. Juniperus foliis baſi adnatis: junioribus imbricatis, ſenioribus patulis. *Hort. cliff.* 464. *Gron. virg.* 194.
Juniperus major americana. *Raj. hiſt.* 1413.
Juniperus barbadenſis, cupreſſi folio, ramis quadratis. *Pluk. alm.* 201.
Svecis Ceder.
Habitat in *Jamaica*, *Carolina*, *Virginia*.
Hoſpitatur in *Tepidario*, Arbor.

SYNGENESIA.

RUSCUS.

1. RUSCUS foliis ſupine floriferis nudis. *Hort. cliff.* 463.
Ruſcus myrtifolius aculeatus. *Tournef. inſt.* 79. *Segu. veron.* 90.
Ruſcus. *Bauh. pin.* 470.
Ruſcum. *Dod. pempt.* 744.
Pharm. Rusci Radix, Semina.
Habitat in aſperis ſaxoſis umbroſis *Galliæ*, *Italiæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, Fruticulus.

2. RUSCUS foliis nudis prone floriferis. *Hort. cliff.* 465.
Laurus alexandrina, fructu folio inſidente. *Bauh. pin.* 305. *Segu. veron.* 90.
Laurus alexandrina, Chamædaphne. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 164. *t.* 165. *f.* 1.
Habitat in *Italiæ* devexis collium lateribus.
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

3. RUSCUS foliis ſupine floriferis ſub foliolo. *Hort. cliff.* 466.
Hippogloſſum. *Dod. pempt.* 745.
Hippogloſſum dioſcoridis ſeu Laurotaxa plinii. *Columm. ecphr.* 1. *p.* 166. *t.* 165. *f.* 2.
Laurus alexandrina, fructu pediculo inſidente. *Bauh. pin.* 304.
Pharm. Uvulariæ Herba.
Habitat in umbroſis montibus *Hungariæ*, *Liguriæ*.
Hoſpitatur in *Frigidario*, perennis.

CLAS-

CLASSIS. XXIII.

POLYGAMIA
MONOECIA.

MUSA.

1. MUSA racemo ſimpliciſſimo. *Hort. cliff.* 467. *Fl. zeyl.* 368.
   Muſa cliffortiana. *Linn. muſ.* 1. *t.* 1.
   Muſa. *Cluſ. exot.* 229. *Sterb, citric. t.* 4.
   Ficus indica, fructu racemoſo, folio oblongo. *Baub. pin.* 508.
   Palma humilis, longis latisque foliis. *Bauh. pin.* 107.
   Habitat in calidiori *India.*
   Hoſpitatur in *Caldario*, *miſſa ab optimo Amico* A. v. Royeno, *Profeſſore Leydenſi. Magnificum munus, ſed periit ſummo meo dolore, Perennis caterum. Arboreſcens herba.*

ÆGILOPS.

1. ÆGILOPS ſpica ovata ariſtis breviore.
   Ægilops. *Roy. lugdb.* 72. *Dod. pempt.* 72.
   Ægilops altera. *Cam. epit.* 928.
   Feſtuca altera, capitulis duris. *Bauh. pin.* 10. *theatr.* 151.
   Gramen ſpicatum, durioribus & craſſioribus locuſtis, ſpica brevi. *Scheuchz. gram.* 11.
   Habitat ad agrorum margines *Galliæ Narbonenſis*, *Campaniæ*, *Siciliæ.*
   Hoſpitatur *ſub dio*, biennis. ♂

HOLCUS.

1. HOLCUS glumis villoſis. *Hort. cliff.* 469
   Milium arundinaceum, plano alboque ſemine. *Baub. pin.* 26. *theatr.* 514.
   Sorghi album, Milium indicum, Dora. *Daleck. hiſt.* 2. *p.* 449.
   Habitat in *Sicilia*, *Epiro*, *Arabia*, culta, vix ſponte.
   Hoſpitatur in *Caldario* & *ſub dio*, vix matureſcit, annua.

PARIETARIA.

1. PARIETARIA foliis lanceolato-ovatis alternis. *Hort. cliff.* 469.

   Parietaria officinarum & dioſcoridis. *Bauh. pin.* 121.

   Parietaria. *Dod. pempt.* 102.

   Helxine. *Cam. epit.* 849.

   Pharm. PARIETARIÆ Herba.

   Habitat in *Europæ* auſtralioris ruderatis, muris, ſiccis.
   Hoſpitatur *ſub dio*, perennis.

VALANTIA.

1. VALANTIA floribus maſculis trifidis hermaphroditici germini inſidentibus, caulibus procumbentibus glabris.

   Valantia procumbens glabra. *Hort. cliff.* 468.

   Valantia quadrifolia verticillata. *Tournef. act.* 1706. *p.* 86.

   Valantia annua quadrifolia verticillata, floribus ex viridi palleſcentibus, fructu echinato. *Mich. gen.* 13. *t.* 17.

   Cruciata muralis minima romana. *Column. ecphr.* 1. *p.* 298. *t.* 297. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 328. *ſ.* 9. *t.* 21. *f.* 2. *Magn. char.* 154. *Raj. hiſt.* 479.

   Rubeola echinata ſaxatilis. *Bauh pin.* 334.

   Habitat in littore *Tyrrheno*, in ſiccis, ſaxoſis, antiquis parietibus *Monſpelii*, *Nemauſi*, *Liburni*, *Maſſiliæ*, *Romæ*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. VALANTIA floribus maſculis trifidis hermaphroditici pedunculo inſidentibus.

   Aparine ſemine coriandri ſaccharati. *Park. theatr.*

   Aparine ſemine verrucoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 322.

   Aparine fructu verrucoſo. *Raj. hiſt.* 484.

   Aparine ſemine lævi. *Vaill. pariſ.* 14. *t.* 4. *f.* 3. *opt.*

   Habitat inter ſegetes *Monſpelii*, *Siciliæ*, *Germaniæ*.
   Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
   Deſc. Caules *diffuſi pedales tetragoni*, *ramoſi inferne*, *angulis aculeis recurvis armati*. Folia *verticillata ſena*, *lanceolata lævia utrinque*, *ſed margine & ſtria carinali aculeata*, *aculeis verſus apicem (non recurvis) flexis*. Pedunculi *ad verticillos bini vel tres cum ramo*, *teretes*, *quadrifariam ſulcati*, *reflexi*, *aculeati*, *terminati flore* hermaphrodito: germine *didymo*, corolla *quadripartita alba*. Staminibus 4, *antheris luteis* ſtylo *duplici capitato*

pitato. Juxta florem hermaphroditicum pedunculi duo, ſinguli ſuſtinentes florem (raro duos) maſculum *trifidum, ſtaminibus 3, ſtylis 2 abſque germine, hi pedunculi laterales perſiſtentes ſunt.* Fructus *ex baccis geminis exſuccis globoſis: tectis tuberculis mollibus conicis, verrucæ ſimilibus.*

3. VALANTIA floribus maſculis quadrifidis, pedunculis nudis.
Cruciata orientalis latifolia erecta glabra. *Tournef. cor.* 4.
Habitat in *Ægypto.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.
Deſc. Radix *fibroſa.* Caulis *(uti tota planta) erectus glaber tetragonus vix ramoſus niſi ad baſin.* Folia *quaterna, ſeſſilia, cordata, concava, reflexa, glabra.* Pedunculus *inter ſingula folia, dichotomus, flore unico hermaphrodito, maſculis vero magis pedunculatis 4 vel 6: omnibus luteis quadrifidis.* Pedunculi *carent duobus foliolis parvis, quibus ſequens inſtruitur. Maturæ plantæ folia omnia reflexa ſunt, pulchre ſemina occultantia; tum articuli caulis diſcedunt & folia a vento pelluntur cum ſeminibus.*

4. VALANTIA floribus maſculis quadrifidis, pedunculis diphyllis.
Galium foliis quaternis, floſculis in alis confertis. *Hort. cliff.* 34. *Hall. helv.* 462.
Cruſiata hirſuta. *Bauh. pin.* 335.
Cruciata minor. *Lob. ic.* 804.
Cruciata. *Dod. pempt.* 257.
Habitat ad vias *Germaniæ, Helvetiæ, Galliæ.*
Hoſpitatut *ſub dio*, perennis.

ATRIPLEX.

1. ATRIPLEX caule erecto herbaceo, foliis triangularibus. *Hort. cliff.* 469.
Atriplex hortenſis alba ſeu pallide virens. *Bauh. pin.* 119.
Atriplex hortenſis. *Dod. pempt.* 615.
β. Atriplex hortenſis rubra. *Bauh. pin.* 119.
Atriplex ſpuria rubra hortenſis. *Volk. norib.* 53.
Pharm. Atriplicis sativæ Herba, Semina.
Svecis: Molla.
Habitat in deſerto *oreburgenſi.*
Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

2. ATRIPLEX foliis deltoidibus ſinuatis undulatis alternis.

Atri-

Atriplex tatarica maxima, folio laciniato viridi, ſemine ſplendente. *Gerb. ſamar.* 290.

Habitat in *Tataria*,

Hoſpitatur *ſub dio*, annua.

Deſc. Radix *annua.* Caules *erecti, longi, ramoſi teretiuſculi glabri tripedales.* Folia *alterna deltoidea ſinuata, acuta, undulata, coarctata, parum viridia.* Racemi *ſeu ſpicæ terminales.* Seminum involucra *ovata acuta ad oris margines utrinque minimo denticulo, extus lævia. Sero admodum floret. Floſculi hermaphroditi ſæpius abortiunt.*

D I O E C I A.

F R A X I N U S.

1. FRAXINUS floribus completis. *Hort. cliff.* 470.

Fraxinus humilior ſeu altera theophraſti minore & tenuiore folio. *Bauh. pin.* 416.

Ornus. *Dalech. hiſt.* 83. *male.*

Pharm. MANNA calabrina, granulata.

Svecis Manna-trä.

Habitat in *Hetruria, Italia, Lugduni Gallorum.*

Hoſpitatur in *Frigidario*, Arbor.

CLAS-

CLASSIS. XXIV.

CRYPTOGAMIA

PLANTÆ.

FICUS.

1. FICUS foliis palmatis. *Hort. cliff.* 471. *Hegardt. Fic.* 1. *n.* 1.

Mas.

Caprificus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 134.

β. Caprificus præcox, fructu nigricante parvo deciduo. *Pont. anth.* 229.

Femina.

Ficus communis. *Bauh. pin.* 457.

Ficus. *Dod. pempt.* 812.

β. Ficus ſativa, fructu atrorubente polline cæſio adſperſo. *Tourneſ. inſt.* 663.

Theenah. *Celſ. hierob.* 2. *p.* 153.

Pharm. CARICÆ pingues.

Svecis: Fikon-trä.

Habitat in *Gallia Narbonenſi*, *Hiſpania*, *Italia*, *Græcia*.
Hoſpitatur *ſub dio*, hybernat in *Frigidario*. Arbor.

INDETERMINATA.

HYMENÆA.

1. HYMENÆA. *Hort. cliff.* 484.
Ceratia diphyllos antegoana, ricini majoris fructu nigro, ſiliqua grandi incluſo. *Pluk. alm.* 96. *t.* 82. *f.* 2.
Arbor ſiliquoſa ex qua Gummi Elemi elicitur. *Bauh. pin.* 404.
Courbaril bifolia, flore pyramidato. *Plum. gen.* 49.
Habitat in *Braſilia*.
Hoſpitatur in *Caldario*. Arbor.

PHOENIX.

1. **PHOENIX** frondibus pinnatis, foliolis alternis enſiformibus baſi complanatis, petiolis compreſſis dorſo rotundatis. *Hort. cliff.* 443.

Palma mas *Kæmpf. amœn.* 668. & 686. *t.* 1. 2. *f.* 1. 3.

Palma hortenſis. *Kæmpf. amœn.* 668. 686. *t.* 1. 2. *f.* 2. 6. 11.
Palma major. *Bauh. pin.* 506.
Palma dactylifera major vulgaris. *Sloan. hiſt.* 2. *p* 174.
Palma. *Bauh. hiſt.* 1. p. 351. *Raj. hiſt.* 1352. *Dod. pempt.* 819.
Pharm. Dactyli fructus, Oſſa.

Svecis Palm-trå.
Pharmac. Dactyli recentes.
Habitat in utraque *India* calidiſſima.
Hoſpitatur in *Caldario.* Arbor.

NOMI-

Digitized by Google

NOMINA BOTANICA.

A.

Abrotanum - - 252, 256. 257.
Abrus - - 228.
Abſinthium - 256. 257.
Abutilon - - 198.
Acacia - - 102. 146. 208. 212. 298.
Acalypha - - - 290. 291.
Achantus - - - 181.
Acanthium - - 249.
Acer - - - 93. 34.
Acetoſa - - - 89. 90.
Achillea - - - 265.
Achyrophorus - - 240.
Acinos - - - 9.
Aconitifolia - - 137.
Aconitum - 151. 152. 138. 158. 269.
Actæa - - - 138.
Adaſchim - - 224.
Adhatoda - - 8. 179.
Admirabilis - - 43.
Adonia - - 157.
Adonis - - 156.
Aegilops - - - 301.
Aeſchynomene - 233. 144. 145.
Agave - - - 87.
Agem - - 67
Ageratum - 153. 265.
Agrifolium - 32.
Agrimonia - 118. 148.
Aizoon - - - 127.
Alaternus - - 47.
Alcea - 204. 147. 199. 201. 202. 205. 206.
Alkekengi - - 50
Allium - 73. 76. 77. 78. 79. 80.
Aloe - - 85. 86. 87. 88.
Alopecorus - - 20.
Alſine - 23-12. 24. 70. 95. 109.
Acthæa - - 204. 205.
Althæa - 195. 198. 199. 200. 201. 202 203. 205.
Alypum - - - 142.
Alyſſum - - 165. 185. 186.
Amaranthoides - - 57.
Amaranthus - 285. 286. 31. 52.
Amaryllis - - 75.
Ambroſia - - 284.
Amberbi - - 271.
Ameri - - - 209.
Amethyſtea - - - 9.
Amethyſtina - - 9.
Ammannia - - 30.
Ammi - - 59-63.
Ammomum - 1.
Amorpha - - 208.
Amygdalus - - 123.
Anacampſeros - 146. 147. 116.
Anacardium - 102.
Anagallis - - 38.
Anagyris - - 211. 210.
Ananas - - 73.
Anandria - - 259.
Ananthocyclus - 266.
Anapodophyllum - 137.
Anaſcovadi - 247.
Anaſtatica - 183.
Andrachne - 285.
Androſæmum - 237.
Androſace - 36.
Andryala - 240.
Anemone - 155.
Anemonoſpermos - - 275.
Anethum - 66.
Angelica - 62. 70.
Anguria - - 292. 293.
Anil - - 209.
Aniſum - 67.
Anonis - - 210.
Anonyma - - 2.
Antaniſophyllum - 2.
Anthericum - - 83.
Antholyza - - 16.
Anthora - - 152.
Anthyllis - 221.
Antirrhinum - 174. 175. 176.
Antithora - - 152.
Apatine - - 28. 30. 302.
Aphaca - - 218.
Apiaſtrum - 163.
Apios - - 216. 227.
Apium - 67. 59. 62.
Apocynum - 53. 54. 178.
Aquifolium - 32.
Aquilegia - 152. 153.
Arabis - 191. 192.
Arachidna - 48. 216. 229.
Arachis - - 228.
Aralia - - 70.
Arbor baccifera - 108.
- - *judæ* - 59.

Arbor Mexicana 148.
- *Tulipiphera* 154.
- *Vitæ* 289.
Arctotheca 275.
Arcthotis 275.
Argemone 135. 136.
Arguſia 36.
Ariſtolochia 279.
Armeniaca 124.
Armercius 111
Artedia 58.
Artemiſia 256. 257.
Arum 279. 280.
Arundo 1. 2. 19.
Aſclepias 53. 54.
Aſcyrum 237
Aſpalatus 208. 212.
Aſparagus 84. 85.
Aſperula 27.
Aſphodelus 83.
Aſter 258. 260. 262. 263. 266.
Aſtericus 264.
Aſteroides 264.
Aſtragaloides 228.
Aſtragalus 225. 226. 227.
Athamanta 60.
Atraphaxis 95.
Atractylis 252.
Atriplex 3. 56. 303. 304.
Atropa 45.
Aurantia 236.
Auricula 36. 230.
Avena 20.

B.

Baccharis 257. 259.
Balam 15.
Ballote 171.
Balſamina 277. 293.
Balſamita 255.
Barba Jovis 208. 221. 222.
Barbula hirci 243.
Barkanim 132.
Bauhinia 99.
Behen 111
Beid-el-oſſar 54.
Belladonna 45.
Bellis 261. 265. 266.
Belvedere 55.
Bermudiana 278.
Beta 56. 89. 90.
Betonica 105. 163. 164. 165. 177.
Bidens 255. 247.
Bignonia 178.
Biſcutella 185
Biſtorta 95

Bixa 148
Blattaria 45. 46. 179.
Blennochoes 3. 45.
Blitum 3. 287.
Boerhavia 2.
Bona 218.
Bon vel Ban 42.
Bonduc 101
Borraginoides 34.
Borrago 34.
Botrys 55. 56.
Braſſica 189. 190. 191. 280.
Briza 20.
Bromelia 73.
Brovallia 179.
Brunella 172. 163.
Bryonia 15.
Bryonoides 291.
Bubon 62.
Buffonia 12.
Bugloſſum 34. 35. 241.
Bulbine 83.
Bulbus 84.
Bunias 186.
Buphthalmum 263. 264.
Bupleuroides 57.
Bupleurum 64.
Byxus 283.

C.

Cactus 119. 120. 121. 122.
Cæſalpina 102.
Cæſalpinoides 298.
Calamintha 161.
Calcitrapa 272.
Calendula 274.
Calobotrychis 6.
Caltha 274.
Camara 180.
Campanula 38. 40. 41.
Canna 1.
Cannabina 267
Cannabis 297.
Cannacorus 1.
Cannoides 1.
Capnoides 207.
Capparis 103.
Caprificus 305.
Caprifolium 42.
Capſicum 47.
Caragana 212.
Cardamine 188.
Cardamindum 93.
Cardiaca 169. 171.
Cardioſpermum 97.

Car-

NOMINA BOTANICA.

Cardiſpermum 274.
Carduus 73. 181. 248. 272. 239. 250. 273.
